ſcimus ſubas ſepatas eē:⁊ p ɔñs eē qdditati eaꝝ ineſſe.
ſeqť de neceſſitate q cog̊ſcim9 qdditates eaꝝ. ⁋ Ter
tio ɔ rñſionē ſcđaʒ arguiť ſpāl'r ſic:q2 in oi ꝓpōne nega — Oi ꝓpōne ne
tiua eſt aliq̄ ꝓpō affirmatiua p̊or.ğ ſi cog̊ſcať de ſuba — gatiua eſt ali-
ſepata qd nō eſt:opʒ cog̊ſcē qd eſt.añs pʒ ex 2° pihier. — qua affirmati
cap.vlti.vbi dicit Phs:q illa ꝓpō:bonū nō eſt maluʒ: — ua prior.
eſt vera:q2 hec affirmatiua p̊or eſt va:bo^m eſt bo^m:⁊ 4° — Tex.cō.16.
huius dicit Phs:notior itaqʒ eſt dictio q̄ oppoſita ne-
gatio.ſtant ğ dicte rōnes iprobātes dictā opinionem.

Quantum Ad 3^m eſt dđm ad q̄ōnē:q ſube ſe- — Ad q̄ōnē ſm
parate pñt itelligi ſm qdditates ꝓ- — mentē ꝓprias
prias ab intell'u viatoris ſm modū qui diceť. Cōcluſio — T.cō.vltimi.
iſta pʒ:tum ex iprobatione dicte opionis:tuʒ ex 9° hui9
cap.vlti°.vbi dicit q ignorātia de illis nō eſt i nobis:ſič
cecitas:ſʒ talis eſt in nō hñtib9 intell'm:tum q2 ſi effect9
ducit in cognitionē cauſe.ğ magis in cognitionē magis — A l.ergo ma
cāe:q2 magis dependet ab illa:magis.n.ducit in cogni- — gis in cogni-
tionē efficiētis q̄ māe:q2 deus poſſet facere illum ſine — tionē cāe effi-
mā:nō aūt poſſet facere ſine efficiente:magis ēt ducit — cientis:q2 ma
in cognitionē efficientis remoti:q2 minus pōt fieri ſine — gis dependet
illo. ⁋ Ad vidēdū aūt quo mō iſte ſube a nobis cogno — ab illa.
ſcanť notādū eſt:q ſex ſunt gradus cognitionis ſenſiti- — Sex gradus
ue:qb9 corrñdēt alij ſex gradus cognitionis itellectiue. — tā cognitiōis
Prima cognitio eſt ituitiua:q̄ reſpicit obm vt pñs eſt. — ſenſitiue q̄ in
2^a eſt abſtractiua:q̄.ſ.eſt p ſpēʒ nō ituitiuā:ſʒ pōt eē in — tellectiue.
abñtia obti.3^a eſt p accñs corrñdēs pme cognitioni.ſ.p
puationē p ſe cognoſcibilis:puta cognitio obti pñtis op
poſiti obto p mō.4^a eſt cognitio p accñs.ſ.p puationē
cog̊ſcibilis p ſe 2° mō:puta cognitio alic9 obti oppoſiti
obto ſcđe cognitionis:qđ in ei9 abñtia cog̊ſciť:p ſpēʒ tñ
genitā ab oppoſito. 5^a ē cognitio p cōpōnē ſpēꝝ diuer- — A.l. obiecto.
ſoꝝ ſenſibiliū. 6^a eſt cognitio alicui9 p accñs:puta alic9:
cui accidit obm p ſe. Exē^m pmi:viſus videt colorē. Exē^m
ſcđi:phātaſia imaginať colorē viſum. Exemplū tertij: — Uide ſcđo de
viſus videt tenebrā. Exēplū quarti:phantaſia imagiať — aia.t.cō.103.
tenebā. Exēplū q̄nti:phantaſia imaginať montē aureū. — Quere ēt ex-
poſitores.

Exemplū ſexti:hō vī ꝑ figurā:⁊ colorem:⁊ cetera alia:
que ſibi accidūt.¶ Silr ēt corrn̄dēter dicunt̄ ſex gra/
dus cognitionis itellectiue.Pria cognitio eſt intuitiua:
q̄ dr̄ notitia viſionis:que eſt de obto p̄n̄ti:vt p̄n̄s eſt in
ſua ex̄n̄tia.Scd̄a cognitio eſt abſtractiua:que eſt obti
p̄n̄tis in ſua ſp̄e genita ab obto:qd̄ pōt eē abſens in ſua
ex̄n̄tia.Tertia eſt cognitio obti oppoſiti obto p̄mi mo/
di.Quarta eſt cognitio obiecti oppoſiti obto ſcd̄i modi.
Quinta eſt cognitio alicꝰ ex ꝯceptibꝰ aggregatis.Sexta
eſt ꝑ accn̄s:cū aliq̄d cognoſcit̄ ꝑ ſp̄ēm illius:qd̄ ſibi ac/
cidit.Exēpluꝫ p̄mi:cognitio beatoꝝ in p̄ria:⁊ illa cogni/
tio viſionis eſt nobis forte impoſſiƀ ꝓ ſtatu iſto:de quo

Conſidera de raptu pauli.

alias.Exēplū ſcd̄i:cū intelligo roſaꝫ abſentē.Exemplū
tertij:cū intelligo aliqd̄ oppoſitū ꝯ̄rie:vel forte p̄uatiue
obto intuitiue viſo:vt cū itelligo nō viſuꝫ obm̄ ituitiue.
Exēplū q̄rti:cū itelligit̄ oppm ꝯ̄rie vel p̄uatiue obto ab/
ſtractiue cognito:puta cū itelligo nō roſam abſtractiue
cognitā.Exēplū q̄nti:cū itelligo aliq̄d eſſe ens infinitū:
neciuꝫ:ſempiternū.Exēplū ſexti:ſuƀa intelligit̄ ꝑ ſp̄ēꝫ
accn̄tis ſ̄ꝫ vnā opionē.¶ Ad ꝓpoſitū dico:ꝙ q̄dditas
ſuƀaꝝ ſeparataꝝ nō itelligit̄ nec p̄mo:nec ſcd̄o:nec ter/
tio:nec quarto:ſed quinto mō.ſ.in cōceptu aggregato:⁊
aliqualr ſexto mō.ſ.per effectus ſuos:ſubſtātie enī ſepa
rate cognoſcunt̄ ꝑ hoc:ꝙ multa apprehēſa ſilr ꝯcipiun/
tur:que oīa nunq̄ꝫ alibi inueniunt̄:⁊ nulli alij ꝯueniūt:⁊
iſte eſt ꝯceptus aggregatꝰ:puta de deo:ꝙ eſt ens infini
tuꝫ neciuꝫ:⁊ p̄m ⁊c̄.que oīa nulli ꝯueniūt ſilr accepta niſi
deo:⁊ ſic de alijs intelligētijs.¶ Et ſic pꝫ ad q̄ōnē.

Uide p̄mo reportationum Scotum.q.1.quot modis cognoſcit d̄s. Uide.12.met.tex.cō.39.vbi ſic phs̄ deſcribit deum.

Ad argumēta alteriꝰ opi.

## Ad argumenta.

Ad p̄m fundamentū cū dr̄:
ꝙ nihil intelligimꝰ:niſi ab/
ſtrahendo a phantaſmatibus:aut intelligit:ꝙ nihil itel/
ligimus:niſi cuius cognitionē accipimus a phantaſma/
tibus:aut intelligit:ꝙ nihil intelligimus:niſi cuius ſp̄ēs
ſ̄m ſe prius fuit in phātaſia:p̄mo mō det̄ maior:ſꝫ mi/
nor eſt falſa:ſic.n.de ſubſtātijs ſeparatis poſſumꝰ intel/
ligere q̄d ſunt:ſicut pꝫ ex p̄cedētibꝰ:ſi itelligit̄ ſcd̄o mō:
ſic illa maior eſt falſa:q2 tūc nihil eēt ꝑ ſe intelligibile:
niſi ꝑ ſe ſenſibile:q2 nihil aliud facit ꝓpriā ſp̄ēꝫ in phan
taſia:qd̄ eſt falſuꝫ:⁊ ꝯtra oēs:nā aīa multas reꝝ q̄ddita
tes intelligit:q̄ nō faciūt ꝓpriā ſp̄ēm in phantaſia:vt in/
corporea.Item aīa ſeipſaꝫ cognoſcit.Un̄ aīa diffinitur

Tex.cō.6.

2° de aīa.cognoſcit ēt ſuas potentias:⁊ ſuos actus:⁊ in/
tentiones ſcd̄as:⁊ multa alia:quoꝝ nullū facit ꝓpriam
ſp̄ēm in phantaſia:pꝫ ēt quo mō oīa itelligimꝰ ꝑ abſtra
ctionē a phantaſmatibꝰ:q2 nec in tertiā:nec in quartaꝫ:
nec in quintā:nec in ſextā cognitionē veniret intellˀs:niſi
preeſſet p̄ma vel ſcd̄a:tn̄ multa nō cognoſcit p̄mo mō:
nec ſcd̄o mō:⁊ ita nō abſtracta a phātaſmatibꝰ:ſed co/
gnoſcit ea ꝑ abſtracta:q2 cognoſcit ea alijs modis ſequē
tibus.¶ Ad illud de leſione organi:dico ꝙ cā ibi non
eſt eq̄litas oboꝝ vtriuſqꝫ potētie:ſed cā eſt ordo nālis
potentiaꝝ ꝓ ſtatu iſto:q2 itellˀs nihil pōt itelligere:niſi
phātaſia p̄us phātaſiet̄ circa illud.¶ Ad illud de ido/
lo formato:bn̄ veꝝ eſt:ꝙ inde icipit cognitio:ſed vltra
itellˀs ꝓgredit̄ ad nō hn̄tia idola:reſpuēs idola.¶ Ad

Cur vide.3.di.primi.q.3.Scotum.

illud qd̄ adducit̄ de inadequatione effectꝰ.Dico ꝙ non
plus ꝯcludit niſi ꝙ effectus ſuƀe ſepate non ducunt in
cognitionē ꝑfectā ſue cāe:ſed hoc nō obſtāte p̄n̄t duce/
re in cognitionē aliq̄ꝫ iꝑfectā.¶ Ad illud qd̄ additur
de ip̄roportione finiti ad ifinitū.Dico ꝙ lꝫ finiti ad in/
finitum nō ſit aliq̄ ꝓportio cōmenſurationis:pōt tn̄ eē

Proportio duplex.

ꝓportio cognoſcētis ad cognitū:q̄ ꝓportio magis req/
rit diſſimilitudinē q̄ꝫ ſilr̄itudinē:vt dicet̄.¶ Ad 2m fun/

In ſequēti ſolutione.

damentū opionis dōm:ꝙ illa ꝓbatio:ſ.q̄dditas mālis

A.l.ꝓpoſitio

eſt ꝑ ſe obm̄ itellˀs:eſt falſa:ſi intelligit̄ obꝫ p̄m:ſub cuiꝰ



rōne oīa alia intelligunt̄:q2 oſtenſuꝫ eſt multa alia per
ſe:⁊ ſ̄m ſuā q̄dditatē itelligi a nobis:q̄ꝝ nullū eſt ſuƀa
mālis.¶ Ad ꝓbōnē de ꝓportione obti ad potētiā.Di
co:ꝙ illa ꝓportio eſt mouētis ad mobile:q̄ magis req
rit diſſilr̄itudinē q̄ꝫ ſilr̄itudinē:qd̄ ꝓbat̄:q2 alr intellˀs an
gelicus:q nō eſt intellˀs in corꝑe:nec in mā ſ̄m eos non
poſſet itelligē q̄dditatē ſuƀe mālis:q̄ eſt in mā.Itē itel/
lectus noſter nō poſſet itelligere q̄dditatē roſe ipſa non
ex̄n̄te:cū talis q̄dditas nō ſit tūc mālis.Itē ſ̄m Auic.p̊
metacc.ens:⁊ res p̄ma ip̄reſſiōe ip̄rimunt̄ in aīa:q̄ tn̄ nō
ſunt q̄dditates māles:⁊ ſic de multis alijs poſſet dari
inſtantia.¶ Dōm ḡ:ꝙ inter obm̄ ⁊ potētiā nō req̄rit̄
ꝓportio in eſſe:nec in mō eſſendi:nec in nā:vel eēnᵃ:q2
tūc oculus corruptibilis quo mō videret ſolē incorru/
ptibilē:⁊ q̄re ſtella vel luna nō cognoſcit ſolē:req̄rit̄ ḡ
ꝓportio diſſilr̄itudinis que eſt inter motiuuꝫ ⁊ mobile:
ſi aūt corpus pōt mouere intellectū.ergo multo magis
incorporeū:cuiuſmodi ſunt ſuƀe ſeparate.

## Ad primum

p̄ncipale de illa ſilr̄itudine ad ve
ſpertilionē pꝫ q̄d dōm ſit ſ̄m ex
poſitionē Cōmētatoris poſitā in opponēdo:q2 illō exē
plū Ariſto.nō demr̄at res abſtractas itelligere eē ipoſſˀe
nobis:ſicut iſpicere ſolē eē ipoſſˀe veſpertilioni:q2 ſi ita
eēt:nā ocioſe egiſſet:q2 feciſſet illud qd̄ de ſe nālr eſt in/
telligibile:nō eē ab aliq̊ itellˀu itelligibile.¶ Sꝫ ꝯ̄ rō/
nē Cōmētatoris dr̄ ſatis ꝓbabilr:ꝙ in ſuo argumento
eſt fallacia ꝯn̄tis:nō.n.ſeq̄t̄:ſi nā feciſſet itelligētias nō
intelligibiles a nobis.ḡ nec ab aliquo.Eſt ēt alius defe/
ctus in argumēto:q2 fruſtra dr̄:ꝙ ad finem ordinat̄:ad
quē nō pōt ꝑtingere:ſicut hr̄ 2° phyſicoꝝ.cap̄.de caſu ⁊
fortuna:ſed ſuƀe ſepate ſ̄m ſuā intelligibilitatē nō ordi
nant̄ ad itellectionē nr̄am:vt ad finē.ḡ nō ſunt fruſtra
itelligibiles:lꝫ nō poſſint itelligi a nobis.Exēplū:ſol.n.
nō eſt fruſtra:lꝫ nō poſſit videri a veſꝑtilione.¶ Ideo
dr̄ alr:ꝙ ſilr̄itudo illa itelligit̄ de poᵃ recipiēdi ꝓpriam
ſp̄ēm obti genitā ab obto:ꝑ quā fit ſcd̄a notitia:q̄ dr̄ ab/
ſtractiua:⁊ tūc eſt ipoſſˀe vtriqꝫ:ſed in veſꝑtilione eſt im
poſſibilitas ſimplr:in nobis aūt nō ſimplr:ſed ſ̄m iſtū
ſtatū:in q̊ tn̄ recipimus ſp̄ēs a ſenſibilibꝰ.¶ Alr dr̄:ꝙ
ſilr̄itudo itelligēda eſt de q̄nto gradu notitie itellˀs q̄ꝫtū
ad difficultatē:nō q̄ꝫtū ad ipoſſˀitatē ſ̄m Cōmen.¶ Ad
2m cū dr̄:ꝙ plus diſtat itelligibile increatū ⁊c̄.dōm eſt:
ꝙ veꝝ eſt in eſſe:nō tn̄ in cognoſcibilitate:nec in ꝓpor/
tione obti.¶ Ad 3m dr̄ vno mō:ꝙ maior eſt falſa de il/
la poᵃ actiua:q̄ tn̄ eſt vniꝰ:paſſiua aūt eſt ꝯ̄rioꝝ:niſi lo
quamur de poᵃ actiua p̄ma.¶ Alr pōt dici:cōceſſa ma
iore:ꝙ itellˀs in actu poſſˀis nō dr̄ ampliꝰ paſſiuus:⁊ vt fa
ctus in actu circa effectꝰ ſuƀaꝝ imāliū:quos app̄hendit
ꝑ ſenſus:querit vlteriꝰ eaꝝ cognitioneꝫ mō p̄expoſito.
¶ Ad 4m cū dr̄:ꝙ hō poſſet nāliter attingere btitudi/
nem.nego ꝯn̄tiaꝫ:cuiꝰ rō eſt:q2 btitudo ꝯſiſtit in notitia
intuitiua eaꝝ:q̄lis nō hr̄ a nobis ꝓ ſtatu iſto:vt dcm̄ eſt
ſupra.¶ Cōtra.eiuſdē potētie circa idē obm̄ eſt eadeꝫ
actio ſp̄e.ḡ cognitio nr̄a ꝓ nūc nō differt ſp̄e ab illa vi/
ſione:⁊ tūc oēs eſſēmus beati:lꝫ illi qui ſūt in p̄ria eēnt
beatiores:ſicut ēt inter eos vnꝰ beatꝰ clariꝰ q̄ꝫ aliꝰ videt
deū.an̄s pꝫ:q2 ſiue actio ſpecificet̄ ab obto:ſiue a poᵃ:ſi
vtrūqꝫ eſt idē ſp̄e:⁊ actio eſt eadem ſp̄e.¶ R̄n̄deo illa
cognitio differt ſp̄e:a nr̄a cognitiōe.Ad ꝓbōnē dōm:ꝙ
veꝝ eſt:qn̄ poᵃ eſt eadē:⁊ obm̄ idē:⁊ ſ̄m eūdē modum
agūt:⁊ adinuicē ſe hn̄t:alr poſſet actio ſpecifice variari.
Exēm:aq̄ idē obm̄ ifrigidat:⁊ humectat:q̄ ſūt actiōes al
terius ſp̄ēi:ignis ēt cōburit lignū ꝓpe poſitū:⁊ non re/
motū:ſed tn̄ calefacit.Itē iſta variatio pōt eē ꝑꝑ me/
diū.Exemplū:alr videt viſus ꝑ aquā:⁊ alr ꝑ aerē:ēt ſol

vi alr in mane q̄ in meridie ꝓpter mediū vapoꝛoſum. Jtē iſta variatio pōt eē pp lumē:nā alr vī obm aliqđ in lumine cādele:ꝛ aliter in lumie ſolis.Jtē ēt variatio pōt eſſe pp rōnē cognoſcēdi:nā alr vī aliqđ p ſpēm ꝓpꝛiā rectā:alr p reflexā:vt pꝫ de obto viſo in ſpeculo reflectē te.Ad propoſitum:iſta viſio:que eſt in via:ꝛ illa que eſt in patria:habent diuerſa lumina repreſentatiua obiecti: que adinuicem ſpecie diſtinguuntur.

¶Et manifeſtum eſt:q res habent princi pium:ꝛ q cauſe rerū entiū non ſunt infini te ꝛc.

## Queſtio.IIII.

**Queritur** Utrū ſit ponere ſtatum in oī gñe cāꝝ.Et videt q nō: qꝛ motus nunq̄ incepit maxime circularis ex.8.phy.ꝛ ſi hoc.ğ nec gñatio vnq̄ incepit ex 2° de gnōne:ꝛ p ꝯñs fuerūt ifinite gñatio nes:ſed q̄libet gñatio hꝫ ꝓpꝛiā cām efficiētē ꝓximā:ꝛ ſi nē:ꝛ māꝫ in his q̄ gñant p ꝓpagationē.ğ oēs cāe fuerūt infinite.¶P̄.Jnter pᵐ efficiens:ꝛ q̄ðlibet efficiens:ꝛ ſic de alijs cāis:māli:foꝛmali:ꝛ finali:eſt diſtātia infinita.ğ pñt accipi media ifinita.añs pꝫ ſpāliter de pmo efficien te:qđ eſt ifinitū:ꝛ alio efficiēte finito:ſꝫ iter finitū ꝛ infi nitū eſt ifinita diſtātia.ğ ꝛc.pbō ꝯñe:quāto aliq̄ magis diſtāt:tāto inter illa poſſunt eſſe plura media.ğ ſi diſtāt in infinitum:infinita poſſunt eſſe media inter illa.

¶Contra.Philoſophus hic in litera.

**Reſpondeo** Jn iſta q̄ōne p aliq̄ diſtōnes pmit tent.2° ꝯnes aliq̄ue adducentur.

**Quātū** ad pmū ſit iſta pᵃ diſtinctio:q cāꝝ q̄dam ſūt p ſe:q̄dā p accñs.Uoco cām p ſe:q fm ꝓpꝛiā nām cauſat:ꝛ nō fm aliqđ ſibi accñs:ſꝫ cām per accñs voco:q nō fm nām ꝓpꝛiā:ſꝫ fm aliqđ ſibi accñs cāt.exēplū pmi:edificatoꝛ edificat:ꝛ hō hoiē gñat.exē plū ſecūdi:muſicū edificat:ꝛ albū gñat.¶Scđa diſtin ctio ſit iſta:q cāꝝ q̄dā ſunt eēntialr oꝛdinate:ꝛ q̄dā acci dētaliter.Exēplū pmi:vt homo ꝛ ſol ſunt cāe eēntialr oꝛ dinate hoīs gñari.Exēplū ſcđi:pr ꝛ auus ſūt cauſe filij. ¶Differt aūt iſta diſtō cāꝝ a pᵃ:nā aliud eſt loqui de cāis p ſe:ꝛ p accñs:ꝛ aliud eſt loqui de cāis eſſentialr oꝛ dinatis:ꝛ accñtaliter oꝛdinatis:nā in pᵒ eſt tm̄ cōparatio vnī ad vnū.ſ.cāe ad cātum:in 2° eſt cōparatio duarum vel pluriū cāꝝ inter ſe:inq̄tū ab eis eſt cātū.¶Notan dū aūt q cāe eſſentialr oꝛdinate differūt a cāis accñtalr oꝛdinatis tripl'r.Pꝛima dīa eſt:q in cāis eſſentialr oꝛ dinatis ſcđa inq̄tū cauſat:depēdet a pᵃ:lꝫ nō in eſſe:vñ cā ſecūda nō agit niſi in vtute pme:ſed in accidētalr oꝛ dinatis ſcđa nō depēdet a pma:inq̄tū cāt:lꝫ dependeat in eſſe ſuo:vel in aliquo alio:pꝫ de filio:q pōt gñare pře moꝛtuo.Scđa dīa eſt:q i cāis eēntialiter oꝛdinatis eſt cāli tas alteriꝰ oꝛdis:ꝛ alteriꝰ rōnis:qꝛ ſupioꝛ ſemp eſt ꝑ fectioꝛ:ſed in accñtalr oꝛdinatis nō eſt ſic.Jſta dīa ſeqt ex pma:nā nulla cā depēdet eēntialr in cāndo a cā eiuſ dē rōnis:qꝛ in cātione alicuius ſufficit vnū vnius rōnis. Ex iſta dīa ſequit manifeſte:q cāe eēntialr oꝛdinate ſunt alteriꝰ oꝛdinis ꝛ ſpēi:cāe aūt accñtalr oꝛdinate eiuſ dē ſpēi.Tertia dīa eſt:q oēs cāe eſſentialr oꝛdinate ſi mul neciō ꝯcurrūt:ꝛ requirunt ad cāndū.Alioquin aliq̄ per ſe cāli tas deeſſet effectui:ſed in accidētaliter oꝛdina tis nō neceſſario requirit ſimultas oīum in cāndo:ꝛ hec tertia dīa ex pma ꝛ ſcđa ſequit:ſi bene attendatur.

**Quātū** ad 2ᵐ oñdaꝫ tres ꝯclones.¶Pꝛima ꝯclo ſit iſta.Jn cāis eſſentialiter oꝛdinatis eſt im poſſibilis ſimpl'r infinitas.Hanc probo ſic.Cā vt cauſa habet rōnem primi.ſi ergo cāe ſint infinite:nō eſt dare pmā:ꝛ p ꝯñs nec vltimā:ꝛ ſic oēs erunt medie.tota ergo vñītas cātoꝝ eſſentialiter oꝛdinatoꝝ eſt cāta:vel ergo ab aliqua ſui oꝛdinis ꝛ vniuerſitatis:vel ab aliq̄ cā q̄ nō eſt aliqđ ſui oꝛdinis ꝛ vniuerſitatis:nō pmo mō:qꝛ tunc illa eēt cā ſui:cū tota illa vniuerſitas ponat cāta.ergo eſt ſecūdo mō:nā tota vniuerſitas depēdētiū depēdet non ab aliquo illius vniuerſitatis:illa ergo cā a qua depēdet erit pma:ꝛ ēt eſſentialr oꝛdinata:ꝛ ſic habeo ꝓpoſitum. ¶P̄.Si in cāis eſſentialr oꝛdinatis eſt proceſſus in ifi nitū.ğ dabit infinitū in actu.ꝯñs eſt falſuꝫ:qđ nullus po nit.ꝯña pꝫ ex 3ᵃ dīa ſupradicta:qꝛ oēs cāe eēntialiter oꝛ dinate ſunt ſil':ꝛ ꝯcurrūt ad effectū.¶P̄.Pꝛius eſt:qđ eſt ꝓpinquius pᵒ ex.5.meta.ca.de poꝛi.ğ vbi nullum eſt pmū:ibi nihil eſt eſſentialr pꝰs.ſi ğ cāe eſſentialr oꝛdina te eēnt ifinite:nulla eēt poꝛ ꝛ eēntialiter oꝛdinata:qđ eſt dīe oppoſitū in adiecto.¶P̄.Jn eēntialr oꝛdinatis ſꝑ ſupioꝛ eſt ꝑfectioꝛ in cāndo ex 2ᵃ dīa ſupradicta.ğ ſi in ifinitū eſt ſupioꝛ:in infinitū eſt ꝑfectioꝛ:ꝛ p ꝯñs ifinite ꝑfe ctiōis in cāndo.ğ nō cāns vtute alteriꝰ:qꝛ q̄ðlꝫ cāns vtu te alterius eſt depēdēs ab alio:ꝛ ipfecte cāns:illa ğ q̄ eſt infinite ꝑfectionis:eſt ſimpl'r pᵃ:ꝛ hꝫ ꝓpoſitū.¶2ᵃ ꝯclo ſit iſta:in cāis accñtalr oꝛdinatis eſt ipoſſis infinitas:niſi ponat ſtatus in eēntialr oꝛdinatis.Hāc oñdo ſic:qꝛ acci dētalis ifinitas ſi ponit:hꝫ erit nō ſimul:ſꝫ ſucceſſiue tm̄: vt alterū poſt alterū.Tūc ſic.ois infinitas ſucceſſiua hꝫ cām ꝑpetuātē ipaꝫ:q̄ cā in infinitū durat.Jlla cā ꝑpetuās nō pōt eſſe aliqđ illius ſucceſſionis:qꝛ oīa ſucceſſiua ſūt eiuſdē rōnis.ğ eſt aliqđ pꝰs eēntialr:ꝛ alterius oꝛdinis: a quo depēdet q̄libet cā illius ſucceſſiōis.Et tūc illa cā erit pma:ꝛ eēntialiter oꝛdinata:ꝛ hꝫ ꝓpoſitū.Maioꝛ ꝓ bat:qꝛ nulla diffoꝛmitas ꝑpetuat:niſi in virtute alicuiꝰ ꝑmanētis:qđ nihil eſt illiꝰ diffoꝛmitatis:vel illiꝰ ſucceſ ſiōis.¶3ᵃ ꝯclo ſit iſta:q ſi neget in cāis eēntialis oꝛdo: adhuc ifinitas in cāis eſt ſimpl'r impoſſis.Hāc oñdo ſic: certū eſt q in entibꝰ aliqđ eſt effectū.ğ a ſe:vel ab alio: vel a nullo:nō a ſe:qꝛ fm Aug.pᵒ đ trini.nihil eſt:q ſeipꝫ gignat:vt ſit:nec erit a nullo:qꝛ a nullo nihil ē effectiue. ergo ab alio:illud aliud erit pᵐ cā:ꝛ p ꝯñs in illa erit ſta tus.Si dicatur:q illa agit in virtute alterius pꝛioꝛis.Cō tra.qꝛ ſic erit eēntialr oꝛdinata:qđ negabas.Sic ergo pꝫ ad queſtionem:q infinitas in cauſis eſſentialiter oꝛdina tis eſt impoſſibilis ſimpliciter.

**Ad argumēta.** Ad pᵐ ꝯcedit:q poſſit a gene ratione infinita:q cāe ſunt in finite:ſed ſunt accñtaliter oꝛdinate:vt pdictū eſt.¶Sꝫ eſt dubiū de cauſa māli:vtrū māe ſint infinite.Reſpon deo:poſito q materie eſſent plures:foꝛſan non eſſet in conueniens ipſas eſſe infinitas ſucceſſiue:ſicut concedit de alijs cauſis accidentaliter oꝛdinatis:tenēdo tamē cū Phō:q tm̄ vna eſt mā omniū foꝛmarū:vt pꝫ p phyſi coꝝ:ꝛ pmo de generatione.Dico tūc:q nō ſunt infinite: ſed manet vna mā numero in generato ꝛ coꝛrupto:qꝛ gñatio vniꝰ eſt coꝛruptio alteriꝰ.ꝛ eͦ.¶Cōtra.ſeptimo huius dī:q generās gñat aliud pp māꝫ.¶Reſpōdeo: q intelligit:q alia eſt mā in generāte ꝛ genito:tm̄ cū hoc pōt ſtare:q ſit eadē ſucceſſiue i generato:ꝛ in coꝛrupto: ꝛ hoc in infinitū.¶Ad 2ᵐ dōm:q duplex eſt diſtantia: q̄dā dimenſiua:ꝛ q̄dā perfectiua:ſi loquamur de diſtan tia ꝑfectiua:ſic ꝯcedo añs:q inter pmū efficiēs:ꝛ q̄ðlibꝫ aliud eſt infinita diſtātia:ſed tūc nego ꝯñam:ſicut pꝫ de ꝯtrarijs:q̄ maxime diſtāt tali diſtātia:ꝛ tn̄ aliq̄ ſūt ꝯria nō hñtia mediū:ad ꝓbationem ꝯñe pꝫ:q ꝓcedit de di ſtātia dimēſiua:de qua antecedens eſt negandum:ſicut patet de ſe:qꝛ inter deum ꝛ creaturam non eſt diſtantia dimenſionalis:ſed perfectionalis.



Poſte.Nota dicit cāuſatoꝝ:ꝛ non cā ſa:q eēt fal ſa:qꝛ pma cā nō eſt cāta.

T.c.16.ꝛ.18

2ᵃ ꝯclo.

Uide.2.de ge neratiōe in fi ne pᵒ ꝛ 2° ce. ꝛ.8.phyſico. ꝛ.12.

Dia ſucceſſi ua eſſe eiuſdē rationis. Diffoꝛmitas ꝑpetuat virtu te alicuiꝰ ꝑ manentis.

3ᵃ ꝯclo.

Reſolo.q.

Ad argumē ta ad pꝛimū.

An māe ſint infinite.

Tex.cō.67. Tex.cō.1.

Tex.cō.28.

Ad ſecūdū. Diſtātia du plex.

## ❡ Sed ſi īfinite eēnt pluralitate ſpēs cārum non eſſet ita cognoſcere. Queſtio. V.

Arguit̄ p̄mo

Queritur Utrū īfinitū poſſit cognoſci a nobis. Et videt̄ ꝙ ſic: q̄ñ deus eſt infinitus: ſed deū poſſumus cognoſcere: ſicut ꝓbatū eſt ſupius. ğ infinitū cognoſcitur a nobis. Cōfirmat̄: q꞉ cognitio

q.3. hui⁹ ſcōi

T.c.ij.⁊.13.

rei eſt p̄ oēs cās ſm ꝓhm hic in 2°. ğ p̄ p̄mā cāꝫ: ſꝫ p̄ma cā eſt infinita. ğ infinitū cognoſcit̄ a nobis.

Secundo.

❡ P̄. Illud cui⁹ diffinitio ⁊ paſſiōes aſſignant̄ a nobis: ⁊ ei nomen īponimus: itelligit̄ a nobis: ſꝫ infinitū eſt hꝰ: ſicut pꝫ tertio phyſi. ca. de īfinito. ğ ⁊c̄.

Tertio.
T.c.30. ⁊ īfra ⁊.62. ⁊.63. ⁊ 65.

❡ P̄. Oēs ſpēs quorūcūqꝫ generū ſunt intelligibiles a nobis: q꞉ diuiſibiles: ſꝫ ſpēs numeri ⁊ figure ſunt infinite: q꞉ vltra vnā ſpēm datā poteſt accipi alia: ⁊ ſic in infinitū. ğ pñt cognoſci. Si dicas: ꝙ iſte nō ſunt vere ſpēs: q꞉ nō exn̄t. Cōtra. ſpēs roſe eſt vere ſpēs: lꝫ roſa nō exiſtat.

Quarto.
T.cō.27. ⁊ 37. ⁊.55. ⁊ 67.

❡ P̄. Ariſto. 4° phyſi. cap̄. de vacuo arguit̄ ſic. ſi duo corpora pñt eē ſimul. ğ ⁊ infinita. ğ a ſili: ſi due ſpēs pñt eē ſil̄ intellu: vt clarū eſt: ꝙ ſic. ğ ⁊ infinite: ⁊ q̄lꝫ eſt p̄ncipium cognoſcēdi. ğ infinita poſſunt cognoſci a nobis.

Uide p° de aia. t. cō. 70.
In oppoſitū
T.c.11. ⁊.13.
Tex. cō. 25.

Contra 2° hui⁹: ſi cāe formales eēnt infinite: nihil ꝯtigeret ſcire. Idē dī p̄ phy. ꝯ Anaxagorā ponentem principia infinita: q꞉ tūc nihil eſſet cognoſcibile: rō ꝓhi nō valet: ſi infinitum poſſit cognoſci.

Ad qōnē ſm mētē aliorū.

In iſta qōne. Primo premittam vnaꝫ opinionem. Scōo dicam aliter ad queſtionem.

Eſt opi. Thome.

Quātū ad p̄ᵐ dī: ꝙ infinitū nō pōt intelligi a nobis ſm intētionē pħi in lr̄a. ❡ Pro qua opīone arguit̄ ſic. obꝫ propriū intell'ſ nr̄i eſt q̄dditas rei m̄alis. ğ nihil eſt a nobis cognoſcibile: niſi ſub rōne q̄dditatis rei m̄alis: ſꝫ infinitū nō eſt aliq̄d m̄ale: nec cōtentuꝫ ſub q̄dditate m̄ali. ğ nō eſt a nobis cognoſcibile. ❡ P̄. Si infinitū poſſet itelligi a nobis: vel hoc eēt vnica intellectione: vel pl'ib⁹: ſed neutro mō eſt a nobis cognoſcibile: vt oñdā. ğ ⁊c̄. maior pꝫ a ſufficiēti diuiſione. minor ꝓbat̄: q꞉ nō vna: q꞉ tūc cognoſceret p̄ ſpēm vnā genitam ab obi̇to. Tūc ſic. oē agēs agit ſm ꝙ eſt ens. ğ qd̄ cauſat vnā ſpēm eſt vnū in actu. oē aūt tale hꝫ vnā formā: infinitū aūt nō hꝫ formā: q꞉ forme eſt terminare: infinitum aūt nō terminat̄.

A.l. vnica.

❡ Scōo ꝓbat̄: ꝙ infinitū non poſſet pluribꝰ itellectiōibꝰ cognoſci: q꞉ ſi ſic: tūc eſſent in intellectu plures ſpēs ſimul: ſed plures ſpecies intelligibiles ſunt plures forme eiuſdem rōnis: ⁊ per ꝯſequēs ſunt incōpoſſibiles ī eodē ex q̄nto huius. nō ğ poſſunt ſimul pficere intell'm. ğ ⁊c̄.

Uide. 4. phy.
Tex. cō. 35.

❡ P̄. Obm ⁊ potētia proportionantur: ſed inter finitū ⁊ infinitū nō eſt ꝓportio. ğ intellectꝰ noſter cum ſit finitus in eſſendo: ⁊ p̄ ꝯn̄s in op̄ando non poterit itelligere īfiᵐ.

T.c.13. ⁊.15.
Uide ſupra q.4.

❡ Dis p̄miſſis rn̄det̄ ſꝫ iſtā opinionē ad rōnes in oppoᵐ.

Ad argumēta p̄ncipalia ſm opinionē Thome.
Ad primum

❡ Ad p̄ᵐ de deo dī: ꝙ vtiqꝫ deꝰ eſt īfinitꝰ: ⁊ pōt cognoſci a nobis: nō tn̄ ſub rōne infiniti: qd̄ ꝓbat̄: q꞉ deꝰ nō cog̊ſcit̄ niſi p̄ effectū: nullus aūt effectꝰ adequat̄ ei: ⁊ p̄ ꝯn̄s nō pōt ducere in cognitionē eiꝰ ſm ꝙ infinitꝰ. ❡ Ad ꝯfirmationē p̄ idē: q꞉ lꝫ p̄ᵃ cā ſit īfinita: nō tn̄ cognoſcit̄ a nobis ſm ꝙ īfinita.

Ad ſecūdū.

❡ Ad aliō dī: ꝙ multis īponimꝰ noīa: q̄ tn̄ nō ſunt itelligibilia. Exēplū: ſignam⁹ n. nihil: ⁊ tn̄ nihil nō eſt itelligibile. Cū etiā dī: ꝙ īfinitū diffinimꝰ ⁊c̄. dī ꝙ diffinitio eſt duplex: q̄dā diffinitio q̄d rei: q̄dā ꝟo q̄d nois: p̄ᵃ bn̄ arguit diffinituꝫ eē cog̊ſcibile: ſꝫ 2ᵃ nō: q꞉ pōt eē tā entis q̄ꝫ nō entis: ⁊ tn̄ nō ens nō ē itelligibile: talis eni diffinitio īfiniti ē poſita 3° phy.

Duplex diffinitio.
Tex. cō. 62.
Ad tertium.

❡ Ad aliud cū dī de ſpēbꝰ numeri: ⁊ figure. Rn̄det̄: ꝙ ſole ille ſpēs: q̄ in ſuis ſingularibꝰ pñt p̄ ſenſuꝫ apprehēdi: ſunt a nobis cognoſcibiles: tales aūt ſunt finite.

Ad quar[tum]

❡ Ad vltimū cū arguit̄ a ſili dī: ꝙ nō eſt ſile h̄: ⁊ ibi: q꞉ locus eſt terminꝰ corp̄is: ⁊ hꝫ rōnē forme īq̄ꝫtū terminās ipꝫ corpꝰ: corpꝰ aūt locatū eſt ſic̄ m̄ā: forme eni eſt terminare: ⁊ m̄āe terminari: ſpēs ꝟo itelligibiles hn̄t reſpectu itell'ſ modū foīe īformātis ⁊ p̄ficiētis: itell'ſ ꝟo modum m̄āe ⁊ p̄fectibilis: nūc aūt ſi vna foīa pōt terminare: ⁊ informare duo: pari rōne īfinita: q꞉ terminatio: ⁊ īformatio eſt a p̄te eiꝰ: iō ſeq̄t̄: ꝙ ſi vnꝰ locus pōt terminare ⁊ recipere duo corp̄a: pari rōne īfinita: ⁊ p̄p̄ hoc illud añs eſt ipoſ'e: ſꝫ ſi m̄ā pōt p̄fici a duabꝰ formis nō oppoſitis: nō p̄p̄ hoc ſeq̄t̄: ꝙ ab infinitis: q꞉ h̄ argueret ipſiꝰ m̄āe infinitā capacitatē: lꝫ ğ itell'ſ poſſit iformari a duabꝰ ſpēbꝰ ſil': nō p̄p̄ h̄ ſeq̄t̄: ꝙ ab infinitis. ❡ Al'r dī: ꝙ ꝯñā pħi eſt itelligēda: q̄ñ eſt tāta repugnātia reſpectu paucoꝝ: q̄ꝫta eſt reſpectu pluriū: ſic eſt in ꝓpoſito ꝓhi: q꞉ eſt tāta repugnātia ex parte loci: ꝙ in eodem loco ſint duo corp̄a quanta ſi ſint plura: ideo ſequitur ꝙ ſi duo corpora poſſint eē ſil'. ğ īfinita: nō aūt ſic eſt de ſpēbꝰ: q꞉ nō eſt tanta repugnātia eē ſil' duas ſpēs in itellu: ſic̄ plures: vel infinitas.

❡ Cōtra iſtas ſol'ones arguit̄: ⁊ p̄ ꝯ p̄mā: cum dī: ꝙ deꝰ nō pōt cognoſci a nobis ſm ꝙ īfinitꝰ. Cōtra: q꞉ nos itelligimꝰ deū vt creatorē: ſꝫ vt eſt creator eſt infinitꝰ: q꞉ potētia creatiua eſt infinita. ğ itelligimꝰ eū vt infinitum.

Inſtatur contra ſolution[em]

❡ P̄. Deꝰ intelligit̄ a nobis: vt eſt finis vltimꝰ: ſꝫ vt ſic eſt īfinitꝰ. ğ itelligimꝰ eū vt īfinitū. ꝓbō maioris: q꞉ vt in h̄ 2° dī: oē agēs p̄ itellectū cognoſcit vltimū finē: vt vltimus ē: arguit̄ eni ibi ſic. ſi fines eēnt īfiniti. ğ nullū agēs p̄ itellectū eſt: q꞉ oē tale cog̊ſcit finē vltimū: p̄p̄ quē agit. ꝓbatio minoris: q꞉ oī bono finito ꝯtingit itelligere aliud magis bonū. ſi ğ deꝰ: ſm ꝙ vltimꝰ finis nō ſit bonū infinitū. ğ poſſumꝰ itelligere maiꝰ bonū deo ſm ꝙ vltimꝰ finis. ğ aliq̄d aliud p̄ter deū erit vltimior finis: qd̄ eſt hereticū: ⁊ abſurdū.

T.c.8.t.9.

❡ P̄. Ois cognitio complexa p̄ſupponit cognitionē terminorū: ſꝫ īfinitū attribuimꝰ deo: ⁊ remouemꝰ a creatura dicēdo: ꝙ deꝰ eſt infinitꝰ: ⁊ creatura nō. ğ cognoſcimꝰ ip̄m īfinitū ſm ꝙ eſt alterū extremuꝫ illiꝰ cōpl'onis: ⁊ vt ſic attribuit̄ deo: ⁊ remouet̄ a creatura.

❡ Cōtra ſcōaꝫ: cū dī ad arguᵐ: ꝙ nihil ſignat̄: ⁊ tn̄ nō eſt itelligibile. Arguit̄: q꞉ voces ſūt ſigna reꝝ mediātibꝰ ꝯceptibus. ğ nihil ſignat̄: q̄n p̄ꝰs p̄cōcipiat̄: ⁊ p̄intelligat̄. añs pꝫ p̄ peribermenias. voces ſūt ſigna paſſionū q̄ ſunt in aīa: ⁊ ibidē dī: ꝙ ſicut voces ſūt ſigna paſſionū: ſic paſſiones ſunt ſigna reꝝ. Cōfirmat̄: q꞉ 4° huiꝰ dī: ꝙ ſi nihil itelligit̄: nihil ſignat̄.

In principio
Tex. cō. 10.

❡ P̄. Impoſ'e eſt itelligere dr̄iaꝫ extremorū: niſi ip̄a extrema itelligant̄: ſꝫ nos intelligimus dr̄iaꝫ inter ens ⁊ nihil. ğ cognoſcimꝰ ens ⁊ nihil. Cōfirmat̄: q꞉ p̄uationes ⁊ negationes ſunt itelligibiles: cū de ipſis forment̄ alique ꝓpōnes: ⁊ tn̄ p̄uationes ⁊ negationes ſunt formal'r nihil.

Uide .2. de aia. t.c.45. ⁊ infra. t.c. de. 4. meta. t.c.4.

❡ Cōtra tertiā ſol'oneꝫ de ſpēbus numeri: vī ꝙ poſſumꝰ itelligere numeros infinitos: q꞉ p̄ ſpēm vniꝰ vnitatis pōt intelligi alia vnitas: ſic̄ vult Auguſtinꝰ: ꝙ p̄ ſpēꝫ vniꝰ ſolis poſſumꝰ intelligere quot volumꝰ ſoles: p̄ ſpēꝫ. ğ vniꝰ vnitatis pñt itelligi numeri infiniti p̄ replicationē vnitatis: nō dico ſil': ſꝫ ſucceſſiue h̄ ſufficit.

❡ Cōtra ſol'onē q̄rtā: lꝫ eni ſilitudo non valeat oino: tn̄ nō vī eſſe aliq̄ repugnātia ex parte itell'ſ: q̄n poſſint īfinite ſpēs eē itellectu ī actu p̄mo: ſicut cētrū pōt terminare īfinitas lineas: pōt eni intell'ſ: vt videtur: ſcire īfinita in hītu: ſi eēt q̄ ip̄rimeret infinitas ſpēs ī ip̄o: verū eſt tn̄: ꝙ itell'ſ nō pōt nāliter īfinitas ſpēs acq̄rere. Cuiꝰ rō eſt: q꞉ opꝫ: ꝙ acq̄reret illas ſpēs ex actibꝰ ſuis: ⁊ p̄ ꝯn̄s: ꝙ p̄cederēt actus infiniti: qd̄ eſt impoſ'e: tn̄ ꝙ itellectus hēat infinitas ſpēs p̄ infuſionē nō vī incōueniēs: ſicut forte habuit aīa chr̄i: de quo al'ſ: q꞉ magis eſt alterius negotij: nec rōnes facte p̄ opīone cogūt. ❡ Et iō ad

Cur itell'ſ nō pōt nāl'r acq̄rere infinitas ſpēs. vide. 14. di. tertij ſniaꝝ Scoti.

p̄mā cū dī: ꝙ ꝓpriū obm intell'ſ nr̄i eſt q̄dditas rei mā/
lis: dico ꝙ falſuz eſt: ſicut oñſuz eſt ſupra q̄ōne de cogni/
tione ſubaꝝ ſeparataꝝ: pōt tm̄ pro nūc oñdi vnica rōne
ſic. nullus habitus potentie pōt aliq̄d hr̄e ꝓ obto cōius
obto illi potētie: qꝛ nūq̄ȝ habit⁹ excedit potētiā: cui⁹ eſt:
ſȝ habit⁹ meta. hȝ ꝓ obto ens inq̄ȝtū ens: vt ipſemet ꝯce/
dit: q eſt alteri⁹ opionis: ens aūt inq̄ȝtū ens eſt cōius q̄d/
ditate mālī. ḡ q̄dditas mālis nō eſt obȝ adequatū itell'ſ.
¶ Ad 2m rn̄deo: ꝙ infinitū pōt intelligi vnica itellectio
ne. Ad ꝓbōnē cū dī: ꝙ hr̄et cognoſci ꝑ vnā ſpēm: ꝯcedo
ꝙ pōt cognoſci ꝑ vnā ſpēȝ: nō tm̄ genitā ab eo: ſicut ꝓba
tio ꝓcedit: vel dato ꝙ gigneret vnā ſpēȝ: nō ſeq̄r ex hoc
ꝙ infinitū eſſet terminatū: qꝛ forma terminat illud in q̄
eſt: illa aūt ſpēs genita ab infinito nō eſſet in infinito: ſed
in ipſo intellectu finito cognoſcēte. ¶ Cōtra illud ēt q̄ꝺ
dicit̄: ꝙ nihil intelligit̄ a nobis vnica intellectiōe: niſi ꝑ
vnā ſpēȝ arguit̄ ſic. Oē q̄ꝺ pōt eſſe vnū extremū vnius
cōpōnis apud itellectū: pōt itelligi vnica itellectiōe ſim
plici: ſed poſ'e eſt aliqua duo: quoꝝ due ſpēs ſunt in intel
lectu: eſſe vnū extremū vnius cōpōnis apud intellectū.
ergo ⁊c. maioꝛ ꝓbat̄: qꝛ intell'ſ tm̄ illud apprehēdit ſim
plici apprehēſione p̄mo: q̄ꝺ cōponit cū alio. ꝓbatio mi/
noris: qꝛ mons aureus nō intelligit̄ vna ſpē: cū nihil vnū
tale ſit in re extra: q̄ꝺ vnā ſpēȝ facit in ſenſu: ⁊ ꝑ ꝯn̄s nec
in intellectu: ⁊ tm̄ ꝯſtat ꝙ mons aureus eſt extremū vni⁹
cōpōnis: vt ſi dicat̄: ꝙ mons aureus eſt figmētū: vel ali
quid tale. ¶ P̄. Multa poſſumus ſimul ſcire. ḡ ſil' intel
ligere. ꝯn̄a pȝ: qꝛ cuiuſlȝ ſciti in actu eſt ſpēs in intell'u in
actu. an̄s ꝓbat̄. pȝ: qꝛ ſi ꝯſidero vnā ꝯnē ꝑ ſpēȝ in actu: ⁊
cognoſco ꝑ poſ'e alias duas ꝯcl'ones in habitu: ſi nō hēo
ſpēs illaꝝ duaꝝ in actu: opȝ ergo me īgrere ſpēs illaꝝ
ꝯcl'onū: ſȝ pono ꝑ poſ'e ꝙ ſingulare nō ſit extra in re: q̄ꝺ
poſſit facere ſpēm in ſenſu: ⁊ ꝑ ꝯn̄s nec in intellectū: vel
tūc nunq̄ȝ itelligā illā ꝯcl'onē: vel habeo illā ſpēȝ in actu:
ſic de p̄ma ꝯcl'one: nec ex v̄tute phātaſtica pōt abſtrahi
ſpēs illi⁹ ꝯcl'onis: qꝛ ibi nō p̄nt eē ſil' due ſpēs ſȝ te: ſicut
nec in itellectu: nec eſt incōueniēs plura accn̄a: ⁊ plures
ſpēs eiuſdē rōnis ⁊ gn̄is ſm eē intētionale eē in eodem
ſubto ſil': ſicut duo lumina ſūt in eadē parte medij: de q̄
dicet̄ ampli⁹ 5o hui⁹. ¶ Ad 3m de ꝓportione obti ad po
tētiā dōm ſicut p̄us: ⁊ pōt ſic argui ꝯ eū: quero de q̄ pro/
portione loquaris: qꝛ vel de ꝓportiōe numerali: vel de
ꝓportione ꝑfectiōis: vel de ꝓportione finiti ad finitū: p̄
mō nō pōt itelligi: qꝛ eadē poa numero pōt in pl'a obta
numero: ſcd̄o mō nō: vt intelligit̄ ꝓportio perfectionis.
q̄ꝺ aliquotiēs ſumptū reddit aliud: viſus eniȝ infinities
ſumptus nō reddit ſolē: qꝛ eſt alteri⁹ rōnis: tertio modo
nō: qꝛ ꝓportio potētie ⁊ obti eſt ꝓportio mouētis ⁊ mo
ti: ⁊ tm̄ ſi aliq̄d mouet̄ a finito: pōt ēt moueri ab infinito:
ſicut celū pōt moueri a deo: q̄ꝺ nūc mouetur ab angelo.
¶ Ad formā iam ſuperius dictū fuit: ꝙ illa proportio:
cum ſit motiui ad mobile: magis requirit diſſimilitudi/
nē q̄ȝ ſil'itudinē. ¶ Opinio ergo p̄dicta nō cogit quātuȝ
ad rationes: nec valet q̄ȝtum ad reſponſiones.

Quātū ad 2m p̄ncipale. p̄mo p̄mittā q̄ſdā diſtōnes.
2o oñdā aliquas ꝯcl'ones. ¶ Quātū ad p̄m
ſit iſta pa diſtinctio: ꝙ īfinitū pōt tripl'r accipi. ſ. negatiue
p̄uatiue: ⁊ ꝯ̄rie. p̄ mō dī infinitū: q̄ꝺ nō eſt aptū natū fini
ri: ſȝ repugnat ſibi eo mō: quo dī 3o phy. ꝙ pūct⁹ eſt infi
nitus: ſicut vox inuiſibilis. Infinitū p̄uatiue dī: q̄ꝺ p̄uat
finē: vel finitatē in apto nato finiri: ⁊ hoc ſonat vocabu/
lū. Infinitū ꝯ̄rie eſt: q̄ꝺ negat finitatē ponēdo ei⁹ oppoſi
tū: ⁊ iſto mō loq̄r Ariſto. ⁊ Boeti⁹ ſup p̄dicamēta: capl'o
de qualitate: vbi dicit ſic Ph̄s: qualitati ineſt hr̄e ꝯ̄rium:
ſicut in iuſtitia ꝯ̄riat̄ iuſtitie: iniuſtus eni ꝯtrarie dī: eo ꝙ
habet habitū ꝯ̄riū ex actib⁹ generatū: ſic infinitū cōtra/
rie negat finitatē cū poſitione cōtrarij: puta infinitū ex/
tēſuz ſine terminis: ⁊ ſic loquit̄ Ph̄s p̄ phy. ꝯ Parmeni T. c. 15. ⁊ infra
dē ⁊ meliſſum. Iſtud infinitū cōtrarie dictū pōt dupl'r
itelligi. vno mō ꝙ ſit actu exiſtēs ſine terminis. alio mō
ꝙ ſit in potētia: q̄ꝺ diffinit Ph̄s 3o phy. ſ. infinitū eſt: cui⁹ Tex. cō. 63.
q̄ȝtitatē accipiētib⁹ ſemꝑ eſt aliq̄d extra accipere: ita ꝙ
q̄ȝtūcūq̄ȝ accipiat̄ ſemꝑ eſt aliq̄d extra: ſi tm̄ eſſet p̄uati/
ue: vel negatiue nō ſemꝑ eēt aliq̄d extra accipere. ḡ infi
nitū duob⁹ modis vltimis. ſ. p̄uatiue: ⁊ ꝯtrarie ſemꝑ eſt
in q̄ȝtitate molis: vel v̄tutis: q̄ȝtitas aūt oīs dicta ꝓprie:
vel metaphorice eſt magnitudo: vl ml'titudo dicta ꝓp̄e: Uide Scotū
vel metaphorice. ḡ oīs infinitas talis eſt ī magnitudine: 3. q. quo.
vel multitudine ꝓpria: vel metaphorica. ¶ Scd̄a diſtō
ſit iſta: ꝙ infinitū pōt dupl'r accipi: vno mō ꝓ rōne infi Infinitū du/
nitatis in ſe. alio modo pro ſubſtrato rationi infinitatis: pliciter acci/
⁊ ꝓ eo quod ſubeſt tali rōni. Aliud eſt eniȝ querere de pi pōt.
rōne infinitatis in ſe: ⁊ aliud de eo q̄ꝺ ſubeſt tali rōni in/
finitatis: ſicut aliud eſt q̄rere de ente ꝑ accidēs: aliud eſt
q̄rere de eo q̄ꝺ ſubeſt: vel eſt ſub ente ꝑ accn̄s. Ph̄s eni
ſexto hui⁹ ꝓbat q̄dā de ente ꝑ accn̄s: ex quo ſeq̄t̄: ꝙ de T. c. 4. ⁊ infra.
ente ꝑ accn̄s pōt eē ſcia: ⁊ tm̄ ibi ꝓbat: ꝙ de ente ꝑ accn̄s Quō de ente
nō pōt eſſe ſcia: p̄mū intelligit̄ de rōne ꝑ accn̄s entis in per accn̄s eſt
ſe. 2m de illo cui ineſt: ſic in propoſito dicit̄ de infinito. ſcia: ⁊ quō n̄.

De ſecundo declarabo. 8. ꝯcl'ones. prima ꝯcl'o Prima ꝯcl'o
ſit iſta. Infinitū ꝯtrarie in magni/
tudine vigoris vel ꝑfectionis a nobis eſt itelligibile. hāc
oñdo ſic. deus eſt īfinit⁹ ꝯtrarie in magnitudine ꝑfectio/
nis: ſed de⁹ eſt a nobis intelligibilis. ḡ ⁊c. maioꝛ pȝ: quia
deus eſt infinit⁹: ⁊ nō negatiue: nec p̄uatiue. ḡ ꝯtrarie. mi Nō. 3. huius
noꝛ eſt oñſa ſuperius. ¶ Scd̄a ꝯcl'o ſit iſta. Infinitū cō ſecundi.
trarie ī multitudine nō pōt cognoſci a nobis ſimul tāq̄ȝ Scd̄a ꝯcl'o.
vnū obȝ. hāc oñdo ſic. Intell'ſ qui includit ꝯtradictionē
eſt impoſ'is: ſȝ intell'ſ itelligēs infinitū ꝯ̄rie in multitudi/
ne eſt h⁹. ḡ ⁊c. maioꝛ eſt euidēs: ſȝ minoꝛ pȝ ex p̄cedēti/
bus: tū qꝛ nō eſt dare infinitū in re in actu: tū qꝛ infinita
multitudine ſunt itelligibilia īfinitis actib⁹: q̄ꝺ repugnat
itellectui nr̄o. ¶ Tertia ꝯcl'o ſit iſta. Infinitū cōtrarie in Tertia ꝯcl'o.
multitudine nō pōt itelligi a nobis ſucceſſiue: puta itelli
gēdo vnū poſt aliud. hāc oñdo ſic. Si infinitū ī multitu Uide p̄o poſ.
dine pōt itelligi ſucceſſiue: ḡ ꝯtingit īfinitū ꝑtrāſire. ꝯn̄s ⁊ 2o meta. ⁊
eſt euidēter falſuz. ḡ ⁊ an̄s. ꝓbatio ꝯn̄e: qꝛ ſi contingeret 2o de gnōne.
intelligere infinitū in multitudine ſucceſſiue: oporteret
totā iſtā ml'titudinē ꝑtrāſire. ¶ Notādū aūt eſt: ꝙ iſta Uide Frāc.
ꝯcl'o vī ire ad mētē Phi: ⁊ certū eſt de actib⁹ itell'ſ actu in ꝯſ̄a. d. 43.
infinitis ſiue ſimul: ſiue ſucceſſiue: qꝛ virtus ei⁹ nō ſuffi/ Uide Scotū
cit ad tot actiōes hn̄das ſil': ſiue ſucceſſiue: ⁊ h̄ mō loq̄t̄ in 3. d. 14.
Ph̄s: habitual'r aūt itelligi īfinita ꝑ ſpēs ꝓprias: nō q̄dē
nāl'r acq̄ſitas: ſȝ a deo īpreſſas forte nō eſt īpoſ'e: de quo
al's. ¶ Quarta ꝯcl'o ſit iſta. infinitū ꝯ̄rie in magnitudi/ 4a ꝯcluſio.
ne quātitatis molis nō pōt itelligi a nobis. hāc oñdo ſic.
Intell'ſ q icludit ꝯ̄dictionē eſt impoſ'is: ſed itelligere in/
finitū in tali magnitudine includit ꝯtradictionē: ꝓ q̄ȝto
nō eſt dare tale īfinitū in re. ḡ ⁊c. ¶ Quīta ꝯcl'o ſit iſta. 5a ꝯcluſio.
Infinitū p̄uatiue in magnitudine molis nō pōt itelligi a
nobis: iſta ꝓbat̄ ſicut p̄cedēs: qꝛ nō eſt dare aliquā talē
magnitudinē: q̄ ſit apta nata finiri: ⁊ nō ſit actu finita: ⁊
ideo intell'ſ intelligēs tale īfinitū repugnat rei. ¶ Sex/ 6a ꝯcluſio.
ta ꝯcl'o ſit iſta. Infinitū p̄uatiue in multitudine nō pōt
intelligi a nobis: hoc pȝ ſicut precedens: qꝛ nulla eſt mul
titudo q̄ ſit apta nata finiri: ⁊ nō ſit actu finita: quare in/
tellectus intelligens multitudinē infinita repugnat rei.
¶ Aduertēdū ꝙ oēs p̄dicte ꝯcl'ones accipiūt infinituȝ
pro re ſubſtrata: ⁊ que ſubijcitur rōne infinitatis. ¶ Si
aūt q̄ratur de infinito accepto pro rōne infinitatis in ſe,

7ᵃ ꝯcluſio. ſit iſta ſeptima ꝯclo.ſ.ꝙ infinitū iſto mō pōt intelligi a nobis:quā ſic oñdo. Jmpoſſe eſt aliqd itelligere ineſſe: vel nō ineſſe alteri:niſi ipz ꝑus apprehēdat ab itellectu ſimplici:ſʒ infinitū oi mō dictū poſſum⁹ cognoſcere alicui ineſſe:vel nō ineſſe.ğ nec ipm ifinitū vt ſic ꝑus eſt apprehēſuʒ ab itellectu.Ex oib⁹ ꝑdictis ꝯcludo correlatiue:ꝙ ifinitū acceptū ꝓ re ſubſtrata ſic eſt ipoſſe itelligi vel nō itelligi:ſicut eſt poſſe eē:vel nō eē ex ꝑte rei: vñ

Qð infinitū ē a nobis cognoſcibile: ⁊ quod non. infinitū ꝑfectione:ſicut ē de⁹:eſt itelligibile a nobis. Infinitū aūt in magnitudine molis vel in multitudine ſꝫm actū nō. Itē ifinitū in eēntialr ordinatis:vel in actu:vel ipotētia:ſeu ꝑuatiue:ſeu ꝯrie nō pōt intelligi a nobis:cuius rō eſt:qꝛ repugnat rei:ifiᵐ aūt ſiue i multitudine:ſiue in magnitudine:ſiue in qbuſcūqꝫ accñtalr ordinatis:ſi i potētia accipiat:pōt itelligi a nobis:⁊ ħ ꝓportionabilr

8ᵃ concluſio Que ſunt in fi.negatiue. acceptū:vt ſic ſꝑ intellꝯs ꝯformet rei. ¶ 8ᵃ ꝯclo ſit iſta. Infinitū negatiue pōt intelligi a nobis:ħ pꝫ: qꝛ pūctus. vel vnitas pōt intelligi a nobis:ſʒ ipſa ſūt ifinita negatiue.ğ infinita negatiue pñt a nobis cognoſci.Ex predictis patet quid ſit dicēdum ad queſtionem.

Ad primum **Ad argumēta.** Ad pᵐ:⁊ ad ꝯfirmationē pꝫ: ꝙ verū ꝯcludūt:qꝛ arguūt de

Capitulo.4. ifinito i magnitudine ꝑfectiōis:qð eſt de⁹:vñ Damaſcenus p̊ ſnia᷑:ꝙ ħ ſolū poſſum⁹ ſcire de deo:ꝙ eſt ifinit⁹:

Ad ſecundū ⁊ incōprehēſibilis. ¶ Ad aliud cū arguit:ꝙ ifinitū pōt diffiniri:⁊ paſſiōes de eo demrari dōm:ꝙ ꝓbat de infinito accepto nō ꝓ re ſubſtrata:ſʒ ꝓ ratione infiniti in ſe.

Ad tertium. ¶ Ad alið de ifinitate ſpērū nūeri ⁊ figure dico ꝙ oēs ſūt itelligibiles a nobis:nō ſil:ſʒ ſucceſſiue:tñ nō ꝯtingit ꝑtrāſire.

Ad quartum ¶ Ad vltimū cū arguit:ꝙ ſi duo corpa ⁊c̄.dictū ē ꝙ ifinite ſpes pñt eē ſil i itellu actu p̊:nō nālr:ſʒ ſi a deo ifundant:ſic ſupius tactū ē:⁊ tñ nō ſeqt ꝙ itellꝯs i actu 2ᵒ poſſit itelligere ifinita. ¶ Ad auctes ꝑhi i oppo

Cōſidera inſtātiā in ꝑma diſ. ſcdi .q.3. vbi arguit de infinitis aīabus:⁊ dic ꝯſequēter. ſitū dico ꝙ itelligit ꝙ ifinitas i mltitudine q̄ itelligit ꝑ diuerſas ſpēs:nō pt itelligi a nobis:eſto ꝙ itellꝯs hret infinitas ſpēs apð ſe:qꝛ nō poſſet elicere ſil ifinitos act⁹ ⁊ opōnes:nec poſſet intelligere vnū poſt aliud:qꝛ non poſſet ea ꝑtranſire. ¶ Et hoc de 2ᵒ metaphyſice.

**¶ Amplius aūt multis exiſtētiū non inſunt oibus oia:quo nāqꝫ mō poſſibile eſt:vnde principium eſſe in immobilibus: aut boni naturam: ⁊c̄.** **Queſtio.I.**

Arguit ꝑmo **Circa** tertiū librū meta.Querit vtꝝ in imobilibus ſit cā efficiens:⁊ finalis.Et vi ꝙ ſic:nā mediū demrationis reducit ad gen⁹ cāe efficiētis:ſʒ ſciē mathe.q̄ ſunt de imobilib⁹ vere demōſtrāt.ğ in imobilib⁹ eſt vere inuenire rōnē efficiētis.maior eſt nota.ex 2ᵒ phyſic. vbi ꝑhs ꝑnᵃ demōſtrationis enumerat iter cās efficiētes rōne medij. ¶ Itē p̊ poſte.dicit:ꝙ ꝑnᵃ demrationis ſunt cāe ꝯclōnis:mediū aūt nō eſt cā mālis:qꝛ nō intrat ꝯnē:nec eſt cā formalis:nec finalis:relinqt ğ ꝙ ſit cā efficiēs. ¶ ꝑ. Immobilia ſūt entia.ğ hñt rōnem finis.añs pꝫ:ſʒ ꝯña ꝓbat:qꝛ qð hꝫ rōnē entis:hꝫ rōnē boni:cū bonū ⁊ ens ꝯuertant:finis aūt ⁊ bonū ſūt idē:vt dicit hic. ¶ Contra Ariſto.hic in litera.

Aduerte: qa vident ad genꝰ cāe mālis reduci hmōi ꝑnᵃ: q̄re p̊ poſte.t.cō.5. ad finem. T.cō.3.⁊.31. Tex.cō.5. Secundo.

Immobilia in duplici differentia eſſe. **Reſpondeo** ad qōnē.p̊ ꝑmittā aliqs diſtōnes. 2ᵒ dicam ad qōnem.

**Quātū** ad pᵐ ſit iſta pᵃ diſtinctio:ꝙ imobilia ſunt in duplici gñe:qdā ſūt imobilia mouētia:vt de⁹ ⁊ itelligētie.qdā q nō mouēt nec mouent:vt mathematica.

Efficiens duplex. ¶ 2ᵃ diſtō ſit iſta:ꝙ duplex eſt efficiēs:qðdam dās eē ſine motu:qðdā dās eē cū motu.Exᵐ ꝑmi.de⁹ q nō agit iteruenięte motu.exᵐ ſcdi:oē agēs phyſicū. ¶ 3ᵃ

Finis duplex diſtinctio ſit iſta:ꝙ duplex eſt finis.qdā q attingit mediāte motu.qdā q attigit ſine motu:ꝑm⁹ finis corrñdet 2ᵒ efficiēti:ſcðs finis p̊. ¶ 4ᵃ diſtō ſit iſta:ꝙ mot⁹ repit

Motū eē in aliquo triplr cōtingit eſſe. in aliquo triplr.ſ.vel effectiue:vel ſubtiue:vel terminatiue.exᵐ pⁱ:de⁹ ⁊ itelligētie.exᵐ ſcdi:celū ⁊ qðlꝫ mobile. exᵐ tertij:albedo:⁊ q̄libꝫ forā motū terminās. ¶ 5ᵃ diſtinctio ſit iſta:ꝙ finis repit i aliq̄ duplr.vno mō:qꝛ ipꝫ

Finē reperiri in aliquo dupliciter. ē finis.alio mō:qꝛ ordinat ad finē.exᵐ ꝑmi:de⁹ q ē finis oiuꝫ.exᵐ ſcdi:creatura ois:q̄ ad deū:vt ad finē ordinat.

Ad qōnē ſm̄ mēte ꝓpriꝫ. Quonā nō deus eſt efficiens. **Quātū** ad 2ᵐ vidēdū eſt.p̊ de efficiēte.2ᵒ de fine: de p̊ ſi ſit ſermo de imobilib⁹ ꝑmo mō:q̄.ſ. ſūt imobilia mouētia:ſic dico duo.pᵐ eſt:ꝙ de⁹ eſt efficiēs imobile ſine motu.2ᵐ dictū eſt:oē efficiēs imobile alið a pᵃ cā eſt efficiēs ꝑ motū.Si aūt ſit ſermo de imobilibus 2ᵒ mō:q̄.ſ.nec mouēt:nec mouent:vt ſūt mathe. ſic dico:ꝙ nullo mō repit in eis realr loquēdo rō efficiētis:nec cū motu:nec ſine motu:nā mathe.vt talia nō hñt

Cōſidera qð eſſe reale non habent. eē aliqð reale. ¶ De 2ᵒ:q̄ꝫtum eſt de fine:ſi ſit ſermo de imobilib⁹ p̊ mō q̄.ſ.ſunt mouētia:ſic dico duo.pᵐ eſt:ꝙ loquēdo de fine p̊ mō:q eſt ipꝫ:qð ē finis:ſic finis repit in pᵃ cā:q̄ eſt oiuꝫ finis.2ᵐ dictū eſt: ꝙ loquēdo de fine 2ᵒ mō:ꝓut finis repit in aliq̊:qꝛ ipꝫ ordinat ad finē:ſic dico:ꝙ finis repit in oi creatura:ſiue mobili:ſiue imobili. ¶ Si aūt ſit ſermo de imobilib⁹ 2ᵒ mō:ſic pōt dici: ꝙ in eis nō eſt finis aliquo mō realr loquēdo. Vel poſſet dici:ꝙ i eis eſt finis ſcðo mō:vt finis repit in aliquo: ſꝫ ꝙ ipm ad finē ordinat:nā mathe.eodē mō:quo ſunt aliqd citra ꝑmā cām:ordinant ad ipſam:ad quā omnia entia:vt ad finem naturaliter ordinantur.

An in imobilibus repiat motus. Vide.2.ſniarū Scoti.d.2.q.9.⁊ ſeq. **Sed** hic eſt vnū dubiū:vtrū in imobilib⁹ poſſit mot⁹ repiri. ¶ Dōm:ꝙ de motu ſubtiue alr eſt ſꝫ viā ꝑhi:alr ſꝫ viā Theologi:nā ſꝫ ꝑhm:nec de⁹:nec itelligētie pñt eē ſubꝫ mot⁹:ſʒ ſūt ſimplr imobiles. ¶ Sꝫ ſꝫ viā theologorū oēs itelligētie ꝑter ꝑmā pñt moueri etiā localr:qꝛ moueri de loco ad locū non repugnat angelo. ¶ De imobilibus aūt mathe.pꝫ ꝙ in eis nullo mō eſt mot⁹ ſubtiue realr loquēdo.Si aūt loquamur de motu terminatiue:ſimplr negādū eſt motū in imobilib⁹ eſſe: de deo qdē pꝫ:qꝛ eſt oino iterminabilis:de intelligētijs ēt pꝫ:qꝛ lꝫ ſint ꝓducibiles in eē:nō tñ ꝑ motū:qꝛ deus:a quo ꝓducte ſūt:nō ꝓducit aliqd ꝑ motū.De mathe.aūt pꝫ:qꝛ nō ꝓducant in eē ꝑ motū. ¶ Si aūt loquamur ð motu effectiue:ſic dico:ꝙ tā in deo:q̄ꝫ in itelligētijs ē repire motū:qꝛ oēs mouēt vel mouere pñt. De mathe. aūt pꝫ:qꝛ nec mouēt:nec mouent realr loquēdo:ſic ergo pꝫ ad qōnē.

Ad primum Vide Tho.⁊ alios p̊ poſ. vbi ſupra.⁊ 2ᵒ phyſi. ¶ Ad pᵐ in oppoſitū dðꝫ eſt:ꝙ lꝫ medium reſpectu ꝯnis dicat hēre rōnē efficiētis:nō tñ eſt ħ realiter loquēdo:⁊ ꝑ motū:ſic loqt hic ꝑhs. ¶ Cōtra.qa diſcurſus demōſtratiu⁹ vi eſſe qdā mot⁹. ¶ Rñdeo:ꝙ nō eſt mot⁹ realis:qꝛ fit ꝑ itellectū.

Ad ſecundū Quale bonū hꝫ rōnē finis ¶ Ad 2ᵐ dðꝫ:ꝙ nō oē bonū hꝫ rōnē finis:niſi illud ad qð oia alia ordinant mathe.aūt lꝫ aliqualr poſſint dici eē ordinata ad finem extrinſecū:tñ i eis nō eſt finis:ad quē aliud ordinat:ita ꝙ vnū ſit finis alteri⁹ proprie loquendo.

**¶ Nō aūt eſt poſſibile genus exiſtentiū vnū eſſe:neqꝫ vnū:neqꝫ ens:nā neceſſe differentias cuiuſlibet generis eſſe: ⁊ vnū eſſe quālibet:impoſſibile eſt predicari: aut ſpecies generis de proprijs differentijs: aut generis ſine ſuis ſpeciebus. Quare ſi eſt vnum genus:aut ens:nulla differentia:nec vnum: nec ens erit ⁊c̄.** **Queſtio.II.**

Queritur

Arguit pmo Vide.6.topi. c.8.⁊ alibi capl'o.3.

**Q**Ueritur Utrũ genus p̄dicet̄ de dif ferētia p ſe. Et vĩ q̄ ſic:nã hõ p ſe eſt rõnalis.g̊ rõnale p ſe eſt hõ.g̊ rationale p ſe eſt aĩal.ꝯña p̄ª pbat̄:q꞉ ppoſitio neceſſaria ꝯuertit̄ in neciã ex p̊ p̄oꝝ.g̊ p ſe in p ſe.zª ꝯña pbat̄:q꞉ hõ p ſe eſt aĩal.ſi g̊ rõnale p ſe eſt hõ.ſeqt̄:q̄ p ſe ē aĩal. ¶ P̄. Hõ p ſe ē aĩal.hõ p ſe eſt rõnalis.g̊ rõnale p ſe ē aĩal:iſta illatio pbat̄:q꞉ ſicut ex p̄miſſis necẏs ſeqt̄ ꝯ̊ neciã:ita ex p ſe/p ſe. ¶ P̄.7º hui⁹ dĩ:q̄ qñ aliqd de alio p̄dicat̄ p ſe p̊ mõ:vnũ p̄dicat̄ de alio ēt in abſtracto.g̊ iſte ſũt vere:hũanitas ē rõnalitas: ⁊ hũanitas eſt aĩalitas:q꞉ iſte ſũt p ſe i p̊ mõ:hõ ē rõnal'. hõ eſt aĩal.g̊ ſeqt̄ q̄ rõnalitas ē aĩalitas:⁊ tũc ꝯcretũ p̄dicabit̄ de ꝯcreto p ſe p̊ mõ:dicendo q̄ rõnale eſt aĩal.

Secundo. Tertio. Tex.com.43 ⁊ alibi. Quarto.

¶ P̄. Si gen⁹ p accñs p̄dicat̄ de dĩa.g̊ p accñs p̄dicat̄ de ſpē.ꝯñs eſt falſuȝ.g̊ ⁊ añs.pbatio ꝯñe: q꞉ qñ aliqd p̄dicat̄ de aliq̊ p accñs:p̄dicat̄ p accñs de q̄cũqȝ in quo illud foꝛal'r icludit̄:dĩa aũt foꝛal'r icludit̄ in ſpē.g̊ ſi genus p̄dicat̄ p accñs de dĩa:p̄dicat̄ ⁊ de ſpē p accñs.

In oppoſitũ

**Contra.** q꞉ ſi ſic.g̊ vnũ aĩal erit multa aĩalia.ꝯñs eſt falſuȝ.g̊ ⁊ añs.pbõ ꝯñe:q꞉ aĩal: ⁊ rõnale includunt̄ in ꝯceptu ſpẽi:puta hoïs:aut g̊ idē aĩali iportat̄ p gen⁹ ⁊ dĩaȝ:aut aliud ⁊ aliõ.ſi p̄m.g̊ erit nugatio i diffõne hoïs.ſi zm.hȝ ppoᵐ:q̄ hõ erit duo aĩalia.

Ad q̄nē ſm mentē ꝯpriã Scoti. Uide in predicabilib⁹ ſuper caplo de genere.

**Reſpõdeo** q̄ gen⁹ nõ p̄dicat̄ p ſe de dĩa:qõ pȝ p Auicēnã 5º metaphy.dicētē:q̄ lȝ genus:⁊ dĩa p̄dicent̄ de toto.i.de ſpē:nõ tñ ſignificãt totũ p ſe:ſȝ gen⁹ ſignificat mãle:dĩa aũt foꝛmale:vtrũqȝ aũt ſignificãt ptē ſpẽi p modũ totius:⁊ ſicut mãle eſt extra foꝛmale:ſic ꝯcept⁹ gñis eſt extra ꝯceptũ differentie.

Ad primum Uide ſupra libro p̊º.q.7. ſolutio q̄rti principale.

**Ad argumēta.** Ad p̄m neganda eſt ꝯña:ſȝ eſt fallacia ꝯñtis:pſeitas aũt ſignificat cãȝ p̄dicati eē in ſubto:ſupius aũt nõ hȝ cãm:quare iferi⁹ ſibi inſit:ſȝ magis eꝯ̊:in ſubto g̊ põt eē cã inherentie p̄dicati:lȝ in p̄dicato nõ ſit cã:q̄ ſubm ſibi inſit. Ad pbõnē dico:q̄ nõ valet ſil'itudo de ppõne p ſe:⁊ necia.

Cur ppõ neceſſaria in neceſſariã non ꝯuertit̄ p ſe in p ſe ꝯuertatur.

'Rõ hui⁹ eſt:q꞉ añs nõ põt eē verũ:vel neceſſariuȝ : niſi ēt ꝯñs ſit verũ:vel neciũ:aliogn poſſet eē verũ ſine illo: ppõ g̊ ꝯuerſa nõ põt eē vera:ſeu necia que ſe hȝ:vt añs: niſi ppoſitio ꝯuertēs:que ſe hȝ vt ꝯñs ſit vera: ſeu neceſſaria:verũtñ añs põt habere cãm:q̄re p̄dicatũ vel ꝯñs ſibi inſit:lȝ nõ eꝯ̊:vt dictũ eſt:aliogn vl'is affirmatiua cõuerteret̄ ſimpl'r:q꞉ p ſe p̄ſupponit de oĩ:ppõ g̊ p ſe non necio ꝯuertit̄ in p ſe.

Ad ſecunduȝ.

¶ Ad zm p idē:q꞉ lȝ ex p̄miſſis neceſſarẏs:q̄ ſe hñt vt añs in ſyllogiſmo:nõ poſſit ſequi ꝯ̊ niſi nec̃ia:q̄ ſe hȝ:vt ꝯñs aliogn p̄miſſe poſſent eſſe vere ſine ꝯcl'one:tñ ex p̄miſſis p ſe põt ſequi ꝯcl'o p accñs: lȝ neceſſaria.

Ex p̄miſſis p ſe põt ſeqꝯ cõcluſio p accidens neceſſaria tamen. Tex.c.36 Tex.cõ.35.

¶ Cõtra.p̊ poſte.dĩ.q̄ ſi p accidēs.g̊ non neciũm.'Rñdeo.illud eſt verũ de accidētib⁹ cõparatis ad ſubm:p̄dicatio enim per accñs generis de dĩa non eſt aliqs modus p accñs:q̄ opponit̄ ad neceſſariũ : de q̊ p accñs hĩ p̊ poſte.qñ.ſ.p̄dicat̄ accñs de accidente : vel accidēs de ſubto:vel ſubm de accidēte:⁊ de tali verum eſt:q̄ ſi per accñs.g̊ non neceſſariũ:dĩa aũt nõ eſt pꝛopꝛie accñs generis:niſi accipiēdo accidens alicui⁹:qõ eſt extra cõceptũ qdditatiuũ ⁊ foꝛmalē:⁊ iõ talis p̄dicatio p accidēs põt ſimul ſtare cũ necio.

Predicatio p accidēs mł̃ duplex.

Ad tertium.

¶ Ad 3m dõm:q̄ p̄miſſe ſunt falſe.ſ.humanitas eſt aĩalitas:⁊ ſil'r hũanitas eſt rõnalitas. Ad pbõnē eſt ſciēdũ:q̄ duplex ē ꝯcretio: ⁊ duplex eſt abſtractio:vna ꝯcretio eſt ad ſubȝ:puta qñ aliquid denoĩat aliud qõ eſt extra ſuã eēntiã:alia eſt ad ſuppoſitũ:puta qñ aliquid ſignãt aliquid p modũ denominantis aliquid ppꝛie nãe.exẽplũ p̊mi:albũ qõ denominat ſubm.exẽplũ ſcðĩ:vt hec albedo eſt albedo.Sil'r eſt duplex abſtractio coꝛreſpõdens:vna a ſubto : alia a ſuppoſito ppꝛio.exẽplũ p̊mi:cũ albedo abſtrahitur ab hoĩe.exẽplũ ſcðĩ:cũ albedo abſtrahit̄ ab hac albedine: ⁊ hõ ab hoc hoĩe.

Concretio ⁊ abſtractio duplex. Uide hãc ſolutionē in p̄dicabilib⁹.c. de genere.q. ſaliter.

¶ Ad formã ergo rõnis dico:q̄ dictũ ·Phi 7º hui⁹ verũ eſt de ꝯcretis ⁊ abſtractis ſcðo mõ:ſȝ nõ p̊ mõ:vñ ſi hec eſt vera:hic hõ eſt hõ:hec ē vera:hec hũanitas eſt hũanitas:nõ tñ ſic ſe hȝ in ꝯcretis:⁊ abſtractis p̊ mõ:nõ eni valet:ſi hõ eſt alb⁹.g̊ humanitas eſt albedo.'Rõ hui⁹ eſt:q꞉ in p̄dicatione p ſe p̊ mõ eſt p̄dicatio rõne qdditatis:qñ aũt p̄dicatũ eſt itra qdditatē ſubi: p̄ciſo quocũqȝ alio : adhuc eſt de intellectu ſubiecti: ſȝ ſi ſit ꝯcretũ ad ſubm:ſubm eſt extra:nec p̄dicatum eſt idē ſubto. Ad ppoſitũ dico:q̄ rõnale in ꝯcreto iõ p̄dicatur de hoĩe:q꞉ rõne ſuppoſiti ſignãt p modũ toti⁹:in abſtracto aũt aufert̄ iſte modus ⁊ ſignificat p modũ ptis: pars aũt nõ p̄dicat̄ de toto:q̄re iſte ambe ſunt falſe:humanitas eſt aĩalitas:hũanitas eſt rõnalitas.

Que p̄dicatio in abſtracto ⁊ cõcreto vera:⁊ q̄ nõ. ⁊ rõ quare.

Uide.4.topi coꝛũ.c.2.

¶ Ad 4m nego ꝯñaȝ:ad pbõnē dõm:q̄ iſta maioꝛ eſt vera:ſi illõ dat intelligere:⁊ facit vnũ p accñs cũ alio:dĩa aũt cũ genere nõ facit vnũ p accñs:ſȝ vnũ p ſe. ¶ Al'r dĩ:⁊ ē idē: q̄ ſi gen⁹ p̄dicat̄ de dĩa p accñs ppꝛie:nõ eſt p̄dicatio p accñs:q꞉ nõ eſt in aliquo iſtoꝝ triũ modoꝛũ:q̄ ponunt̄ p̊ poſte.ſȝ eſt p accñs largo mõ:eo q̄ p̄dicatũ ē ex rõnē ſubti:⁊ ſic p accñs diuidit̄ ꝯ̊ p ſe p̊ vel ſcðo modo.

Ad quartuȝ. Per accidēs duplex. Tex.cõ.35.

**¶ Similiter aũt ſe habȝ circa nũc in tēpoꝛe: nõ enim hoc contingit fieri ⁊ coꝛrumpi:attamē videtur aliquid ſemp eſſe:non ſubſtãtia aliqua exiſtens ⁊c̃.**

## Queſtio. III.

**Q**Ueritur Utrũ idē nunc vel inſtans ſit i toto tēpoꝛe. Et eſt vna opinio ſatis cõis : q̄ oꝛitur ex hoc tertio:⁊ ēt ex 4º phyſi.caplo de tpe:qõ eſt idē ſm ſubſtãtiã in toto tpe:lȝ ſit aliud ⁊ aliud ſȝ eſſe. Qõ oſtendit̄ ſic.ſubſtãtia ipſius nũc coꝛreſpõdet ſube ipſius mobilis:variatio aũt ipſi⁹ nũc ſm eē:coꝛrñdet variationi mot⁹:vñ ſm defluxũ mot⁹ variat̄ nũc ſm eſſe: lȝ mãeat idē ſȝ ſubaȝ pp idētitatē mobilis i toto motu.

Dubiũ l'rale eſt:⁊ eſt qõ oꝛdinaria. Tex.cõ.17. Tex.cõ.104. Uide ibideȝ. tex.cõ.90. Totã hãc literã hȝ Scot⁹. 2.d.ſcðĩ ſententiaꝝ.q.2. Tex.cõ.92.

**Sed contra** iſtã opinionē inq̃ꝫtum verba vidētur ſonare arguit̄ p duas rationes ·Phi 4º phyſi.p̊ ſic. Jlla dñr ſil' que ſunt in codē nũc indiuiſibili.ſi g̊ idē eſt nũc in toto tpe.g̊ illa que fuerunt in milleſimo anno:⁊ q̄ ſũt hodie:erũt ſil':qõ ē fl'ȝ euidēter.

**Reſpondetur:** q̄ oĩa pñt eſſe in eodē nũc realiter:ſicut vnũ mobile real'r p ſuũ motũ hȝ eē in oĩb⁹ ptibus ſpatẏ:nõ tñ oĩa ſũt in eodē nũc ſm rõnē:ſicut nec eſt idē mobile ſm rõnē:vt hȝ eſſe in diuerſis partib⁹ ſpatẏ. ¶ Cõtra:vniformitas ſimultatis accipiēda eſt coꝛrñdēter idētitati ipſius nunc: vt que ſunt in eodē nũc realiter:ſint ſil' real'r:⁊ q̄ ſunt in eodē nũc ſm rõnē:ſint ſimul ſȝ rõnē:ſi ergo in toto tpe eſt idē nũc real'r:⁊ alterũ ſm rõnem:ſequit̄ q̄ illa:q̄ fuerunt in milleſimo anno:⁊ q̄ ſunt hodie erũt ſil' real'r:⁊ ſȝ veritatē:lȝ nõ ſint ſimul ſm rõnem:qõ nullus ſane mentis diceret. ¶ P̄.zº cuiuſlȝ ꝯtinui ſunt duo termini diſtincti:ſed tp̄s eſt qõdã ꝯtinuum:cuius termini ſunt ipſa nunc.g̊ ipſa nũc ſunt diſtincta. Jſta rõ declarat̄ : q꞉ ipm nũc ſm ſubam eſt aliqõ indiuiſibile de genere q̄ꝫtitatis: tũc q̄ro:cuius continui ſit terminus:vel cuius diſcreti ſit ps:q꞉ oē indiuiſibile:qõ eſt p ſe de genere q̄ꝫtitatis vel eſt terminus continui:vel pars diſcreti:ſi ponit̄ pars diſcreti.g̊ tēpus ponit̄ diſcretũ:qõ ·Phs nõ cõcederet ppꝛie loquēdo. Si ponit̄ terminus cõtinui:habet ergo q̄ ſit aliud ⁊ aliud:ſm q̄ terminat aliã ⁊ aliã partē ꝯtinui: qõ eſt propoſitum.'Rñdet̄:q̄ vnũ ⁊ idem nũc ſm rem põt terminare aliqõ tp̄s ex vtraqȝ parte:ſicut vnũ ⁊ idē

Euaſio. Tex.cõ.91. Euaſio.

eſt vnū:⁊ ꝑ ꝯñs vnū vt formalr diſtinguit̄ ab ente:nō dicit aliqd poſitiuū. ¶ P̄. Ens vt ſm ſuā rōnē formalē diſtinguit̄ ab vno vel eſt vnū:vel nō:⁊ opꝫ dicere:ꝙ eſt vnū:alioqn ſm ſuā rōnē formalē nō diſtingueretur ab altero:tūc vt p̄us:ſi illa vnitas dicit aliqd poſitiuū: q̄ro de illo:⁊ ſic in infinitū:vel ſtādū eſt in h̄:ꝙ ens poſitiue ſeipſo eſt vnū.ḡ vnitas nō addit ſupra ens aliqd poſitiuū. ¶ P̄. Quecūqꝫ in creaturis forālr diſtiguuntur:⁊ qōlꝫ eſt poſitiuū diſtinguit̄ ēt realr.ḡ ſi vnū:⁊ ens forālr diſtiguunt̄:⁊ qōlꝫ ē poſitiuū:diſtiguit̄ ēt realr:ſꝫ h̄ eſt falſuꝫ.ḡ illud ex q̄ ſeq̄t̄.maior pꝫ:q̄ cuꝫ neutrum iſtoꝝ poſitiuoꝝ ſit īfinitū ītēſiue:nō īcludit ꝑ idētitatē realitatē alteri⁹. Et cōfirmat̄:q̄ alr hō nō eſſet vn⁹ ſm ſubāꝫ:vt dicit h̄ lr̄a. ¶ Sꝫ ꝯ hāc opionē argr̄:⁊ p̄ ꝯ ꝯnē in ſe:ſcḋo reduco rōnes in ꝯriū. Contra ꝯnē ſic. Nulla negatio eſt idē realr alicui ꝑ ſe poſitiuo:ſꝫ vnū ꝑ te eſt idē realr ipſi enti.ḡ vnū nō eſt negatio forālr.maior ꝓbat̄:q̄ alr idē eēt realr poſitiuū:⁊ realr negatiuum:qḋ vr̄ iplicare ꝯdictionē. Scḋo reduco rōnes ꝯ eū p̄mam ſic. 2m ⁊ vnū ſupra ens addit duplicē negationē:accipio eā:tūc ſic.vel illa vnitas ſiue duplex negatio eſt vna ſeipſa:vel alio.ſi ſeipſa pari rōne ſtandū erit in p̄.ſ.ꝙ ens ſit vnū ſine duplici negōne:⁊ ſic aliqd eēt forālr vnum ſine vnitate:qḋ videtur abſurdū:ſi eſt vnū aliquo alio. querā de illo:⁊ ſic vel ꝓcedet̄ in īfinitū:vel ſtabit̄ ī aliq̄ alio:qḋ ē vnū ſeipſo ſine illa duplici negōne:qḋ eſt manifeſte falſuꝫ. ¶ P̄. Illa rō peccat ꝑ fallaciaꝫ figure dictionis:mutādo q̄ in qḋ. Vñ rñdeo ad formā:⁊ dico ꝙ vnū addit ſupra ens aliqd poſitiuuꝫ:qñ dr̄ illud vel eſt vnū ſeipſo:vel aliq̄ alio:dico ꝙ vnū:cū ſit p̄nm quo:non dꝫ dici ꝓprie vnū:q̄ ſic h̄ret rōnē qḋ:ſicut albedo non eſt alba:lꝫ illud ſit quo aliqd eſt albū:qñ ḡ dicis:ꝙ eodē mō erit de ente:nō valet ille modus arguēdi:mutādo q̄ in qḋ:dicā.n.ꝙ illud poſitiuū:qḋ dicit vnū forālr: nō eſt vnū forālr:nec forālr:nō vnū:ſed eſt illud:q̄ ens eſt vnū. ¶ Scḋaꝫ rōnem reduco ſic:q̄ queraꝫ de illo negatiuo:ſic p̄us:⁊ ꝯcludet̄ ꝯ te. ¶ Ad formā rñdeo:ꝙ ens vt diſtinctū forālr ab vno:nō eſt vnū forālr:nec nō vnū:ſed abſtrabit ab vtroqꝫ:ſi tñ nō vnū accipiat̄ poſitiue:vel ꝯrie nō p̄uatiue ſolū:vel negatiue:nam vtiqꝫ ens:vt ſic forālr acceptū:eſt nō vnū:ſicut cōcept⁹ entis dr̄ nō eē finit⁹ vel īfinit⁹ forālr poſitiue:ſꝫ eſt nec finit⁹ nec īfinit⁹. ¶ Alr pōt dici:ꝙ ens:ſi accipiat̄ vt diſtinguit̄ ab vno:⁊ q̄rat̄ vtrū ſit vnū:vel nō vnū:pōt dici ꝙ ly vt/vel accipit̄ reduplicatiue:vel ſpecificatiue.ſi p̄mo mō:ſic ly ens:vt diſtinguit̄ ab vno:nec eſt vnū:vel nō vnū ꝯrie:vt dictū eſt.ſi ſpecificatiue:ſic ens:vt diſtinguitur:dr̄ eē vnū:⁊ eſt ſenſus:ꝙ ens:qḋ diſtiguit̄ forālr ab vno:eſt vere vnū:ſꝫ ex hoc nihil habes. ¶ Tertiā rōnē reduco ſic.ſm te:ens ⁊ illa duplex negatio differūt formalr.ergo ⁊ realr:qḋ eſt contra te.ꝯſequētia ꝓbat̄ ſm te:q̄ cum neutrum ſit infinitū intēſiue:nō includit per idētitatē realitatē alteri⁹ nec refert dicere:vtrū ſint ambo poſitiua:vel nō:ſꝫ hoc accidit:dūmō neutrū extremoꝝ ſit īfinitū ītēſiue:q̄ ꝑ te illa eſt cā p̄ciſa:q̄re q̄cūqꝫ differūt forālr:differūt ⁊ realr. ¶ Ad foraꝫ dēt maior: ſi intelligat̄ realr.i.ex nā rei:nō tñ ſic realr diſtinguūt̄: ſicut res:⁊ res:⁊ tunc ꝯcedo argm:⁊ ſic eſſet in ꝓpoſito. ¶ Alr poſſet dici:ꝙ rō nō eſt ad ꝓpoſitū:q̄ arguit̄ de his:q̄ ſunt in creaturis:ens aūt ⁊ vnū:cū ſint trāſcendentia:abſtrahunt a creato:⁊ increato:⁊ repiunt̄ in vtroqꝫ. ¶ Dimiſſa ḡ hac opione.ꝓbat̄ 4a ꝯ ꝓpoſita:p̄ ſic.q̄ vnū dicit ꝑfectionē ſimplr:ſꝫ negō nō dicit ꝑfectionem ſimplr de ſe forālr.ḡ ipꝫ vnū nō eſt pura negatio.maior pꝫ:q̄ in quolꝫ melius eſt ipꝫ q̄ꝫ nō ipꝫ:⁊ h̄ eſt deſcriptio ꝑfectionis ſimplr:quaꝫ ponit Anſel.monologion 15o ⁊ ꝑꝑ hoc:ſūma vnitas attribuit̄ p̄mo enti:cui nulla competit ipꝑfectio.minor pꝫ:q̄ p̄uatio hꝫ rōnē mali:vt ſic:⁊ ſilr negatio. ¶ P̄. Nūq̄ꝫ in p̄uationib⁹ aliq̄ reducunt̄ ad p̄m tale:q̄ nō eſt dare ſūmū malū:ſed ſicut oīa bona reducunt̄ ad ſūmū bonū:ita oīa vna ad p̄m vnū. ḡ vnū nō hꝫ formalr rōnē p̄uationis. ¶ P̄. Nulla p̄uatio ſuſcipit magis ⁊ min⁹:ſed vnū ſuſcipit magis ⁊ minus:q̄ ſimplex eſt magis vnū q̄ꝫ cōpoſitū.ḡ vnū non dicit ſolā p̄uationē. ¶ P̄. Negatio nō hꝫ rōnē mēſure: ſed opꝫ mēſurā eē aliqd poſitiuū.vnū aūt hꝫ rōnē mēſure in quolꝫ gn̄e:ex 10o huius.ḡ ⁊c̄. ¶ P̄. Impoſe eſt aliqḋ poſitiuū cōponi intrinſece ex priuationibus:ſꝫ numerus:q eſt aliqḋ poſitiuū cōponit̄ intrinſece ex vnitatibus.ḡ vnitates nō ſunt formalr p̄uatiōes. Sꝫ doctor q eſt alterius opionis:rñdit ad iſtas rōnes dicendo:ꝙ vnū:⁊ ꝑ ꝯñs numerus duo dicit.ſ.aliqd poſitiuū:qḋ eſt ipſuꝫ ens:vel plures entitates:⁊ dicit aliqd negatiuū.ſ. ipſaꝫ vnitatē:vel plures vnitates:quaꝝ quelꝫ dicit formalr duplicē negationē:ita ꝙ vnū:lꝫ formalr dicat negationē:tñ dicit fundamētū poſitiuū.ſ.ipſuꝫ ens:cui eſt idē realr. Dicit ḡ ꝙ vnū eſt ꝑfectio forālr:nō ſimplr: ſed rōne fundamēti q̄ꝫtū ad p̄mā rōnē:⁊ dicit ꝙ plura reducunt̄ ad ſūmū vnū nō formalr:ſed rōne fundamēti q̄ꝫtuꝫ ad 2am rōnē:⁊ ꝙ vnū ſuſcipit magis ⁊ min⁹ nō formalr:ſed rōne fundamenti q̄ꝫtū ad tertiaꝫ rōnē:⁊ ꝙ vnū hꝫ rōnē menſure nō formalr:ſed rōne fundamēti q̄ꝫtū ad quartā rōnē:⁊ ꝙ numerus q̄ꝫtū ad illḋ qḋ dicit poſitiuū:cōponit̄ ex vnitatib⁹ rōne fundamēti:inq̄ꝫtuꝫ xo dicit aliqd negatiuū cōponit̄ ex vnitatib⁹:vt dicūt formalr aliqd negatiuū:q̄ꝫtū ad q̄ntā rōneꝫ. ¶ Sed ꝯ iſtā rñſionē:lꝫ videat̄ apparēs arguit̄:nā vnū eſt vera paſſio entis:vel rōne fundamenti:vel rōne alicuius additi ſupra ens.nō p̄mo mō:q̄ idē foret.paſſio ſuimet.ſi ſcḋo mō:vel illud additū eſt poſitiuū:⁊ ſic habeo ꝓpoſitū:vel eſt negatiuū:⁊ tunc ꝯtra:tū q̄ nulla negatio:vel p̄uatio eſt idē realr cū poſitiuo:q̄ vt ſupra argutuꝫ eſt idē eēt realr negatiuū ⁊ poſitiuū:ſꝫ paſſio q̄ eſt vnū:eſt idē realr cū ſubto:qḋ eſt ens:tum q̄ negō ē realr:⁊ formalr nihil.ſi ḡ vnū eſt negatio:ſeq̄t̄ ꝙ nihil:⁊ non ens: eſt realr paſſio entis:⁊ ſic ꝙ idē eſt realr ens:⁊ realr nō ens:⁊ nihil:q̄ vr̄ abſurda.ſtat ḡ ꝯclo:ꝙ vnū addit aliqd forālr poſitiuū ſupra ens. ¶ Ad rōnes Auicēne in oppom. Ad p̄mā.nego ꝯñtiaꝫ:cuius falſitas pꝫ ex tertia diſtōne:⁊ p̄a ꝯne:naꝫ equocat de vno ſūpto ſimplr:vel ſm qd. ¶ Ad 2am nego ꝯñtiaꝫ. Ad ꝓbōnē dōm:ꝙ nō repetit̄ oīno idē bis:q̄ cū idētitate reali ſtat diuerſitas forālis:vel diſtinctio formalis ex nā rei q̄ tollit nugationē:⁊ iō dicēdo:ens vnū:nō eſt nugatio. ¶ Ad 3am negatur maior:dūmō ſit iter illa diſtictio forālis:⁊ ex nā rei ꝑꝑ quā diſtōnē paſſio non p̄dicat̄ in qd de ſubto:⁊ ſilr dico in ꝓpoſito. ¶ Ad 4m.nego añs. Ad ꝓbōnē dōm: ꝙ duplex eſt numer⁹:ſic pꝫ ex 2a diuiſione:vnitas ḡ q̄ eſt p̄nm numeri cauſati ex diſiōe ꝯtinui:vtiqꝫ eſt de gn̄e q̄ꝫtitatis,ſꝫ de tali vno nō loq̄mur nūc:ſꝫ de vno:qḋ eſt p̄nm numeri cauſati ex diuiſione eſſentiaꝝ. Si inferas. ḡ oīs vnitas eſt de genere q̄ꝫtitatis:eſt fallacia ꝯñtis.

Margin notes (left): Dicit h̄ q̄ pōt eſſe diſtictio inter negatiuuꝫ ⁊ poſitiuū:tenēdo ꝙ negatio dicat diſtictā forālitatē. Hoc vr̄ eſſe cōtra illud qḋ dictū eſt.q.p̄cedēte de negatiōe ⁊ affirmatione:quā includit:ſed conſidera tu. — Unum addit ad ens poſitiuum aliqd:q̄ ens eſt vnuꝫ. — Nō vnū 3r. — Ut pōt accipi duplr. — Diſtictio realis duplex. — Prima rō ꝓ 4a ꝯcluſione. Unū nō dicit priuationem ſimplr.

Margin notes (right): Vide 5. … d. ſcōi Scoti 7.50. di. quart.:⁊ ſcḋa di. 2. q. 4. iſtātias. — Tex. cō. 4. — Negationē ē realr ⁊ formaliter nihil. — Ad rōnes Auicen. — A.l. diſtōne.

## Ad argumenta

p̄ncipalia cū īfert̄.ergo tñ vnū eſt ens:ꝯcedo:accipiendo vnū ꝓportionabilr cū ente.ſ.ſi cōiter:cōiter.ſi ꝑticulariter:ꝑticulariter:naꝫ cū vnū ſit paſſio entis:vniformiter accipit̄:ſic ipꝫ ens. Cū dr̄:ꝙ h̄ īfert̄ ꝯ parmenidē p̄mo phyſi.dōm:ꝙ Parmenides poſuit oīa entia vnuꝫ ſignatū:⁊ ꝑticulare ſimplr:⁊ ſꝫ rē:ꝯ quē bñ valet iprobatio Phī:ſꝫ ego nō pono ſic. ¶ Ad 2m dōm:ꝙ vnum

Margin notes (right): Ad primum argumentum. — Ad ſecundū.

diuidens

diuidés ipm ens eſt vnū ſumptū ſm qd:ꝛ determiate: ꝛ de h̄ arguit rō:de quo ꝯceſſuʒ eſt in pª ꝯne:ꝙ nō dicī eādē nāʒ ꝯuertibilē cū ente:ſʒ h̄ nō obſtāte:vnuʒ ſumptū ſimplr:qđ eſt paſſio entis:dicit eādē nāʒ ꝯuertibilē cū ente. ¶ Ad 3ᵐ dōʒ:ꝙ vnū nō eſt dtermiati gn̄is: cū ſit trāſcēdēs. Ad ꝓbatiōeʒ dōʒ:ꝙ minoꝛ eſt falſa:ꝗ lʒ idē ſile:ꝛ eq̄le dicanṫ relones:ꝛ videanṫ eē de genē relonis:tn̄ poſſunt accipi trāſcēdēter:q̄tenus oē ens oī enti cōparatū vel eſt idē:vel diuerſuʒ:vel ſile:vel diſſimile:equale:vel ineq̄le. ¶ Et ſic patet ad queſtionē.

## ¶ Hoc autem oīum firmiſſimuʒ eſt principioꝛuʒ. Tex.cō.nono. Queſtio.IIII.

**Q**Ueritur. Utrum iſtud pn̄ᵐ impoſſe eſt:idē ſil eē ꝛ nō eē:ſit firmiſſimū ꝛ notiſſimuʒ. ¶ Et arguiṫ ꝙ non triplici via:tuʒ ꝗ eſt falſuʒ:tum ꝗ eſt aliđ eo notius:tuʒ ꝗ ꝯtingit dubitare de eo:ꝛ ꝑ ꝯn̄s errare. ¶ Ex pª via arguiṫ ſic:ꝗ aliqua oppoſita poſſunt eidē ineē.ḡ ꝛ ꝯdictoꝛia.ꝯn̄a pʒ.ꝗ ꝯdictio icludiṫ in qualibet ſpecie oppōnis:cū ſit pma oppō:ex 4° huius.an̄s ꝓbaṫ zʳ. p de ꝯꝛꝛys que poſſunt eidē ineſſe: ꝗ cuicūqʒ ineſt genus:ineſt aliqua ſpēs eius:ſed ſcutū: cuius vna medietas eſt alba:ꝛ alia medietas eſt nigra: eſt coloꝛatuʒ.ḡ denoiatur ab aliqua ſpecie coloꝛis:qua autē rōne denoiatur ab albedine:pari rōne a nigredie. ergo ſimul erit albū ꝛ nigruʒ:que ſunt ꝯꝛia. z° ꝓbatur idē an̄s de relatiue oppoſitis:ꝗ idē eſt duplū:ꝛ dimidiū:ſeqtur eni ſi aliqd eſt duplū ad h̄.ḡ eſt dupluʒ:ꝗ oppᵐ ꝯn̄tis nō ſtat cū an̄te:ſilr ſeqṫ:ſi eſt dimidiuʒ ad h̄.ḡ eſt dimidiū.ḡ eſt duplū:ꝛ dimidiū. ¶ Ex zª via arguiṫ ſic.ꝓpō affirmatiua eſt notioꝛ negatiua:qꝛ notioꝛ eſt affirmatio q̄ꝫ oppʳᵃ negatio:vt dī in h̄ 4° infra:ſed iſtđ pn̄ᵐ eſt ꝓpō negatiua:vt pʒ.ḡ aliqd eſt notius iſto pn̄°. ¶ P̄. In ſyllo ex oppoſitis ꝯclo dʒ eſſe notioꝛ premiſſis in falſitate:ſʒ in pmiſſis accipiunṫ oppoſita ꝯdictoꝛie:in ꝯne autē negaṫ idē a ſe. Exēplū.hō eſt aial.hō nō eſt aial.ḡ aial non eſt animal.ḡ aliqd in falſitate eſt notius q̄ꝫ ſit oppoſitū pmi pncipij:ꝛ ꝑ ꝯn̄s aliqd eſt notius in veritate pmo pn̄°.ſ.oppoſitū illius falſi notioꝛis. ¶ Ex 3ª via arguiṫ ſic. Oīs nr̄a cognitio icipit a ſenſu: ſed circa oēm cognitionē ſenſitiuā ꝯtingit errare.ḡ circa itellectiuā:ſed illud pn̄ᵐ cog̊ſciṫ cognitione itellectiua.pʒ.ḡ ꝛc̄. ¶ P̄. Cōtigit ſcire in vlī:ꝛ ignoꝛare in ꝑticulari ex z° poꝝ.c.zo.ita ꝙ ꝯtigit opiari i ꝑticulari oppoſitū vlis:ſed illđ ꝑticulare eſt ꝯdictoꝛiū vlis ſciti:vt oēʒ mulā eē ſterilē:ꝛ hāc nō.ḡ ꝯtigit ꝯdictoꝛia opinari. ¶ Contra. Philoſophus hic in litera.t.c.8.ꝛ.9.

**Reſpōſio.** Dōm eſt cū ph̄o:ꝙ h̄ pmum pn̄ᵐ eſt firmiſſimū:ex eo ꝙ ꝯueniūt ſibi cōditiōes pncipij firmiſſimi:tuʒ ꝗ circa ipm nō ꝯtingit errare:nec dubitare:tū ꝗ nō eſt ꝯditiōale:tū ꝗ nō ē neceſſe venire in mētē hn̄ti termios ipſi⁹. Iſte auteʒ ſunt tres ꝯditiōes pncipij firmiſſimi. ¶ pª ꝯditio ꝓbaṫ.ſ.ꝙ nō ꝯtigit circa ipʒ dubitare:ꝗ ſi ſic:tūc poſſet opinari ꝯꝛia ineſſe eidē:vt ꝙ idē ſit calm:ꝛ fridū:ſic eni arguit Cōmēta.ꝛ ph̄s in textu. ¶ Sʒ ꝯ iſtā rōnē arguiṫ:ꝛ vī ꝙ peccat:nā oīs rō ad ipoſſe:cui⁹ ꝯ nō ē in falſitate notioꝛ q̄ꝫ pmiſſa iterimēda peccat:ꝛ ſic eſt in ꝓpʳᵒ:qꝛ ꝯn̄s nō eſt magis icōueniens q̄ꝫ an̄s:nā ſi aliqs opinaṫ ꝯdictoꝛia eē ſil:multo magis ꝯꝛia. ¶ Rn̄deṫ zʳ:p ꝙ ꝯn̄s eſt magis ipoſſe ſm ſenſuʒ.ꝯ.nā ph̄s dicī in fine huius 4ⁱ:ꝙ nullus ſenſus dicī idē ſil eē ꝛ nō eē. ¶ Alr rn̄r:ꝙ ph̄s h̄ nō arguit ꝯ negātes pmuʒ pn̄ᵐ:ſʒ ad recipiētes ipm:ꝓbādo ꝙ ſit firmiſſimū:noti⁹ eſt āt in falſitate:ꝙ ꝯꝛie opiones de ꝯꝛꝛys ſūt ſil in aia q̄ꝫ ꝙ pᵐ pn̄ᵐ ſm itellectū eſt noti⁹:noti⁹ eſt eni mihi ſm itellm:ꝙ ꝯꝛie opiniōes non pn̄t ſil eſſe in aia mea q̄ꝫ ꝙ iſtud pn̄ᵐ ſit firmiſſimū:q̄re nō opʒ fugere ad aliqđ notius ſm ſenſuʒ. Un̄ notādū.ꝙ ph̄s ꝛ Cōmētatoꝛ nō ducūt ad h̄ icōueniens:ꝙ aliqs opineṫ ꝯꝛie oppoʳᵃ:ſʒ ꝙ ꝯꝛie opiones ſint in aia ei⁹:ſicū opiones ꝯdictorioꝝ:lʒ Cōmētatoꝛ magis videaṫ ire ad ipſa opinata. ¶ zª ꝯditio ꝓbaṫ ex h̄: ꝙ oēs ꝓpōnes reducunṫ ad iſtā:quare nō eſt conditionalis:pʒ. ¶ 3ª ꝓbatur ex hoc:ꝙ eſt pꝛima dignitatum: quare nō poteſt acquiri ꝑ aliud.ḡ ſtatim cognoſciṫ notis terminis:ſicut dictum eſt in exponendo lr̄am.

Vid. 2° pher. me.q: hn̄ pōt opinari albū ꝛ nigrum.

**Ad argumēta** in oppᵐ. ¶ Ad pᵐ de pª via: negando an̄s:cuʒ dī ꝙ aliqua oppoſita poſſunt eidē ineſſe. ¶ Ad pªᵐ ꝓbationem de ꝯꝛꝛys dōm:ꝙ illa ꝯꝛia nō inſunt ſcuto ſimplr:ſʒ ſʒ qd: cū eni dī:ꝙ cuicūqʒ ineſt genus:ꝛ aliq̄ ſpēs:dico ꝙ verū eſt:ꝙ ineſt aliq̄ ei⁹ ſpēs vel ſimplr:vel ſm qd:ſic eſt in ꝓpoſito:ꝗ ſcuto ineſt albedo ꝛ nigredo ſm aliam ꝛ aliā ꝑtē:iſto mō ēt.ſ.ſm qd ineē eidē ꝯdictoꝛia non eſt impoſſe:ſicut diceṫ iferius in hoc eodē 4°:ſic enim non inſunt ſm idem. ¶ Ad zªᵐ ꝓbationē de relatiuis dōʒ per idē qđ nō eſt ſm idē:nā mons dī magnus ꝛ ꝑuus: ꝛ idē duplū ꝛ dimidiū:non ad ideʒ:ſʒ ad diuerſa:iferre ḡ idē eſſe ſimplr magnū ꝛ paruum:duplū ꝛ dimidiuʒ: eſt ignoꝛātia elēchi. Cōſequētie tn̄ ille que ſunt Ariſto. in p̄n̄tis.ſ.ꝙ ſi aliquid eſt duplū ad hoc.ḡ duplū ꝛc̄.ſūt bone:per hoc enim ꝓbat ph̄s magnū ꝛ paruū non eē cōtraria:ꝗ dicunṫ de eodē:nō tn̄ ſimplr:ſed ſm quid: ꝗ icōparatione ad diuerſa. ¶ Ad pmuʒ de zª via dico:ꝙ illud pn̄ᵐ eſt realiter ꝛ foꝛmaliter affirmatiuum: q̄uis ſm vocem ſit negatiuū:ſicut ꝛ iſta ꝓpō.nō ipoſſibile eſt hoiem currere:vn̄ valʒ iſta.poſſibile eſt hoiem currere:ſilr etiā illud pn̄ᵐ.impoſſe eſt idē ſimul eſſe et nō eſſe:idem valet ꝙ iſta.neceſſe eſt ideʒ non ſimul eē ꝛ nō eſſe:que eſt affirmatiua de mō:ꝛ tali negatiua nō eſt neceſſariū aliquā affirmatiuam eſſe notioꝛē. ¶ Ad aliud de eadē via dōm:ꝙ ph̄s in libꝛo pꝛioꝛuʒ docet multos ſyllos ex hypotheſi:per quos nō ꝯtingit aliqd pꝛobare:docet eni ſyllogiçare ex falſis:ſm quē modū nūq̄ꝫ aliquid ꝓbaṫ:ſilr de ſyllo circulari:ſm queʒ nihil ꝯtingit ꝓbare:imo eoipſo ꝙ eſt circularis: nihil ꝓbat: ſimilr diceṫ in ꝓpoſito de ſyllis ex oppoſitis. ¶ Aliter diciṫ:ꝙ notius eſt ipoſſibile eſſe aliqd ſimul eē ꝛ nō eē q̄ꝫ negatio eiuſdem de ſe:que cōcluditur in ſyllo ex oppoſitis:vnde lʒ foꝛſan aliqs negaret:ꝙ idē ſit ipſum:tn̄ nūq̄ꝫ concederet:ꝙ idem ſit ipſum ꝛ non ipſum: vnde notius eſt in falſitate:ꝙ idem ſit ipm ꝛ nō ipſum:q̄ꝫ ꝙ idem nō ſit ipſum:pma reſpōſio eſt melioꝛ. ¶ Ad aliđ de tertia via dicendū:ꝙ omnis deceptio que pōt fieri extra per ſenſuʒ non falſificaret pꝛimū pꝛincipiū:nūq̄ꝫ eni aliquis ſenſus iudicat ꝙ hoc ſenſibile ſit:ꝛ nō ſit in eodem inſtāti:vel dato ꝙ ſenſus erraret circa ipſuʒ:tn̄ per intellectū tāq̄ꝫ per potentiā nobilioꝛem coꝛrigereṫ erroꝛ ſenſus. ¶ Ad vltimū dōm:ꝙ verū eſt:ꝙ contingit ſcire in vlī:ignoꝛādo in particulari:cuius cauſa eſt: ꝗ nō pertractaṫ minoꝛ cuʒ maioꝛi:vnde ſm ph̄m p poſterioꝝ.t.cō.3.maioꝛ pōt ſciri pꝛius tēpoꝛe q̄ꝫ minoꝛ vel ꝯcluſio:quādo.ſ.minoꝛ nō applicaṫ cū maioꝛi:ſi tn̄ appliceṫ eodē tēpoꝛe ſciṫ:ꝛ mioꝛ ꝛ maioꝛ ꝛ ꝯclo. ¶ Ad foꝛmā cū dī:ꝙ ꝯtingit ignoꝛare in particulari ꝛ ſcire in vlī:dico ꝙ verū eſt ꝑꝑ h̄:ꝗ neſciṫ illud ꝑticulare ꝯtineri ſub illo vlī:ſʒ ꝑꝑ h̄ nō ſciunṫ ꝯdictoꝛia:nō eni opinoꝛ ꝯdictionē: niſi opinoꝛ hāc mulā eē ꝯtentā ſub mula:ꝛ h̄ nō facio:vt ſupponiṫ:ꝙ ſi opinarer hāc mulam ꝯtineri ſub mula:ipoſſe eſt ignoꝛare hāc mulaʒ eē ſterilē:nā applicata maioꝛi cū minoꝛi ſtatiʒ ſciṫ:vt dcm̄ ē.

Ad pᵐ argᵐ vide ifra.q.finali hui⁹ q̄rtī optime ad h̄. Uide in poſtp̄n̄tis.c.đ oppōne in.q.

Uide Scotū in.4.d.10.q.2.ꝛ in.2.d.2.q.7. Cap.de q̄ntitate.

Uide i pn̄° in ꝓlogo.q.1.in fine ſolonis.

Cōſidera inſtātiā in.q.ſequentī:ꝛ dic cōſequēter.

Uide p° ꝑiheṙ.q.8.

Erroꝛ ꝑ ſenſum nō falſificat pn̄ᵐ.

Cur ꝯtigit ſcire in vlī:ꝛ dubitare in ꝑticulari. Tex.cō.3.

¶ Natura namq principium ⁊ aliarũ dignitatum hec omnium ⁊c. Qõ. V.

Argr pmo.

Querit Utrũ h pnm impoẛle eſt idẽ ſit eẽ ⁊ nõ eẽ: ſimplr ſit pm. ¶ Et vi q nõ: qa eſt reſolubile in alia pna poza: ſcz in termios pprios: q ſunt pns icõplexa: vnũqdq eni reſoluit i ea ex qbꝰ cõponit.

Tex. cõ. 9.

Contra. Phs hic in litera: qui dicit ipſum eẽ primum omnium dignitatum.

Arti. pmus.

Reſpõdeo. Primo premittam quedaz vtilia. Secũdo dicam ad queſtionem.

Ppo 2x ⁊ qd affirmatiua ⁊ negatiua ppõ. Et q 2x eſt idẽtitas in ppõne.

Quantũ ad pm ſit iſtõ pm dcm: q qdã ppõnes ſũt affirmatiue: ⁊ qdaz negatiue: ppõ affirmatiua vocat idẽtidica. i. dicẽs ⁊ notãs idẽtitatẽ pdicati ad ſubz: ſiue ſit idẽtitas accñtalis: ſiue eẽntialis. Exẽplũ pmi. hõ eſt albꝰ. Exẽplũ ſcdi. hõ eſt aial: ppõ negatiua vocat diuerſidica. i. dicẽs vel notãs diuerſitatẽ pdicati ad ſubz. Exẽplũ. hõ nõ eſt aſinus. ¶ 2m dcm ſit iſtõ: q in ppõnibꝰ iſtis: ſiue ſint affirmatiue: ſiue negatiue eſt ordo in pmitate: nã qdã eſt p pa: ⁊ qdã 2o pa: qdaz 3o pa: ⁊ ſic p ordinẽ ƒz q pius vl minꝰ accedũt ad ppõnẽ p pmã. Exm in affirmatiuis. hõ eſt hõ. eſt p pa. hõ eſt aial rõnale: eſt 2o pa. hõ eſt aial: eſt 3o pa. hõ eſt riſibil: ẽ in 4o gdu. hõ eſt albꝰ: eſt in 5o gdu ⁊c. pz eni q iſte habẽt ordinẽ in pmitate: ſi cõſideret idẽtitas extremoꝝ: ſilr eſt dare ordinẽ in negatiuis: nã poz eſt iſta. hõ nõ ẽ equus: qz iſta. hõ nõ eſt hinibilis. ¶ 3m dcm eſt: q idez in cõparatõe ad diuſa eẽ pus ⁊ poſterius nõ eſt icõueniẽs: ſic pz in linea pdicamẽtali: nã genꝰ ſubalternũ eſt pus reu ſpẽi ſpãliſſime: ⁊ poſteriꝰ gñe gñaliſſimo. Silr in pppoſito: ppõ 2o pma eſt prioz reu ppõnis: que eſt 3o pma: ⁊ poſterioz ppõne: que eſt primo pma.

Ordo ppõnũ affirmatiuaꝝ ⁊ negatiuaꝝ.

Ad qõnẽ ƒm mẽtẽ ppziaz.

Quantum ad ſecũdum dico: q iſtud pncipiũ impoſſibile eſt ⁊c. nõ eſt pmũ ſimpliciter. i. primo primũ: hoc pbo ſic: qa illud principiũ: cuius termini nõ ſunt pmo pmi: nec vltimo vltimi: nõ eſt ſimplr primo pmũ: ſz h pricipiũ eſt hꝰ. ergo ⁊c. maioz pz: qa iſta duo ſunt de rõne principij ſimplr pmi: q ſit p pmũ in eſſendo: ⁊ vltimo vltimũ in reſoluẽdo: minoz pbat: ⁊ p de termio ſubto: qd eſt idẽ ens: ɔceptꝰ eni ille nõ eſt p pmus: cũ ſit reſolubilis in duos alios conceptus: quoꝝ vnus eſt abſolutus: alter reſpectiuus: cõceptus aũt ſilis includẽs abſolutũ: ⁊ reſpectiuũ: nõ eſt eq prius: ſic ɔceptꝰ iclusi: in quos reſoluit: iſte aũt ɔceptꝰ: idẽ ens eſt hꝰ: qa ly idẽ/ dic ɔceptũ reſpectiuũ: ly ens/ dicit ɔceptũ abſolutũ: vel ſaltẽ neutrũ: ⁊ idifferẽtẽ ad abſolutũ: ⁊ reſpectiuũ. pbat ẽt mioz de termino pdicato: q eſt eẽ ⁊ nõ eẽ: ille aũt ɔceptꝰ eſt aggregatꝰ ex affirmatiuo ⁊ negatiuo. g eſt reſolubilis. g nõ eſt p pmus: nec vltimo vltimus. ¶ P. Nulla ppõ modalis eſt p prima: qa eſt reſolubilis in aliaz de ineſſe: ſed iſtud pnm ipoẛle eſt ⁊c. eſt ppõ modalis. g nõ eſt p pa. ¶ Si g qrat: q eſt p pmũ cõplexũ ſimplr: ⁊ p primũ: dico q iſtud ens eſt ens: iſtud eni pnm hz terminos p pmos: ⁊ vltimo vltimos: ⁊ p ɔñs: qui non ſunt reſolubiles in aliqs pores: imo ois reſolutio ɔceptuũ ſtat ad cõceptũ entis: vt ad ſimplr pmũ inter ɔceptus qdditatiuos. ¶ Ad argm in oppoſitũ dõm: q Phs vocat iſtud pnm primũ: non q ſit ſimplr primũ: ſed qa eſt pmũ reſpectu iſtoꝝ. ſ. de qlibet affirmatio vel negatio: omne totũ ⁊c. ⁊ ſi ab eqlibus ⁊c. reu iſtoꝝ hoc eſt primũ: ⁊ di dignitas dignitatũ: ſic eni totũ ⁊ ps: equale ⁊ ineqle nõ itelligunt niſi itellecto ente: ita nec h pnm: oẽ totũ ⁊c. de qlibet ⁊c. ⁊ ſic de alijs nõ intelligunt niſi intellecto hoc pno: cuius intellectus depẽdet ex intellectui entis: ex quo cõponitur.

Duo regſita ad primũ pncipiũ ſimplr.

Pricipio pmũ pnm complexum.



¶ At pro nec cõtradictionis mediuz nihil eẽ ɔtingit: ſed neceſſarium: aut dicere: aut negare vnum de vnoquoqz. Qõ. VI.

Querit Utrũ inter ɔdictoria ſit dare mediũ. ¶ Et vi q ſic. nã eẽ et nõ eẽ ſũt ɔdictoria: ſz inter eẽ ⁊ nõ eẽ ẽ mediũ ipſa gñatio: vt di 2o huius. g ⁊c. ¶ P. Quãto magꝭ extrema diſtãt: tãto ſũt plura media iter ipa. g ſi ifite diſtãt: ifita erũt meа iter ipſa: ſed ɔdictoria diſtãt in ifim. g ⁊c. pbatio mioris: qa oi finito ɔtigit itelligẽ maiꝰ: ſz nõ ɔtigit itelligẽ maiorẽ diſtãtiaz qz q eſt iter ɔdictoria: qa qcũq daret: illa caderet ſb ɔdictiõe. g ⁊c. ¶ P. Inter oia relatiua mem eſt relo: ſz ɔdictoria adiuicẽ referunt: nã opponunt: ⁊ oppõ ẽ qdaz relo. g iter ɔdictoria ẽ media relo. ¶ P. Inter ɔdictoria eſt mem p abnegationẽ vtriuſq extremi: nã ſcutum: cuiꝰ medietas eſt alba: ⁊ medietas nigra: nec ẽ albũ: nec nõ albũ. ¶ P. Si iter ɔdictoria nõ ẽ mem. g d qlz ẽ vera affirtio vl negao ɔñs vi falſũ: nã ãbe iſte vñr falſe. ois hõ ẽ albꝰ: ⁊ ois hõ nõ ẽ albꝰ. g ãñs ẽ falſuz: ex q ſeqt. ¶ Contra. Phs hic in litera.

Arguit pmo

T. c. 7. Uide 5. phyſic. Secundo,

Cõtradictoria diſtãt in infinitum.

Tertio.

Quarto.

Quinto.

Rñdeo in iſta queſtione pmittã triplicẽ diſtõnez. Secundo dicam ad queſtionem.

Primꝰ artꝰ

Quantũ ad pm ſit iſta pa diſtõ: q mediũ iter aliq pt eẽ 2x. ſ. vl ƒz forãm vl ƒz ſubz. Exm pi: i ɔrijs mediatis: croceũ eni eſt qdã media fora iter albũ ⁊ nigrũ. Exẽplũ ſcdi. in puatiue oppoſitꝭ: lapis eni nõ ẽ vidẽs: neq cecꝰ. ¶ 2a diſtõ ſit iſta: q mem põt ẽt ⁊ alio mõ accipi 2r: vt hi in tex. huiꝰ caplĩ. ſ. poſitiue ⁊ negaue. Exẽplũ pmi: rubedo eſt mem: iter albũ ⁊ nigrũ: ⁊ h mediũ eſt eiuſdẽ gñis cũ extremis. Exẽm 2i: mediũ: ƒm q accipit p abnegationez vtriuſq extremi: vt qd nec eſt egrũ nec ſanũ: ƒm medicos eni ponit aliq fora: ſiue diſpoſitio q ẽ mea iter egrinem ⁊ ſanitatẽ: q di neutralitas. ¶ 3a diſtõ ſit iſta: q aliq mõ accipit mem 2r: quia qdã ẽ mem iterpõnis: qdã pſuppõnis. Exm pi: clauꝰ cõiũgẽs duos poſtes: ⁊ viſcꝰ ſeu glutẽ. Exm 2i: qtitas iſto mediat iter forãm ſubalẽ ⁊ mãz: fora eni ſubalis regrit: ⁊ preſupponit mãm quãtã ⁊ diſpoſitã: nõ q qtitas mediet iter formã ⁊ mãz qſi qdã clauus ⁊ viſcꝰ: cũ forma ſubalis attigit imediate mãz: ſz ſolũ di mediũ p quãto precexigit ⁊ pſupponit ad itroductionẽ forme in mãz.

Uide. 10. metaphy.

Mediuz iter aliq põt eſſe multiplex.

Et ẽt in ɔrijs ſicut celũ qd nõ ẽ: neq nigruz: neq albũ ɔſidera.

Uide. 72. differẽtiã in Cõciliatore.

Exẽplũ nõ ẽ ad mẽtẽ Scoti: qz forma ẽ medium.

Quantũ ad 2m dico iſtã ɔnẽ: q iter ɔdictoria nõ eſt mediũ qcũq mõ ſumptũ. Hoc pbo ſic. Qñcũq aliqd ieſt alicui p ſe: eiꝰ oppm nullo mõ ineſſe põt: nec p ſe: nec p accñs: pz iducẽdo: ſz carere meo ineſt ɔdictorijs p ſe ƒm illõ Phi p poſte. ɔdictio ẽ oppoſitio: cuiꝰ nõ eſt dare mem ƒm ſe. g ɔdictio nullo mõ hz mediũ. ¶ Sz ɔ diſtõnẽ illã pmi poſter. argr: qa nõ vi ppa: qa ɔuenit ɔrijs imediatis: q nõ hñt mem ƒm ſe ſaltẽ ƒm formaz. ¶ Rñdeo dõm eſt: q diſtõ data eſt multiplex eo q negatio põt cadẽ ſup ly ƒm ſe: vl p ſe: vt ſit negatio pſeitatꝭ: vl põt eẽ ecõuerſo: vt ly p ſe/ cadat ſup negationẽ: vt ſit pſeitas negõnis: p mõ nõ accipit in illa diſtõne: ſz 2o mõ: ⁊ eſt ſenſus q pſeitas affirmat: ⁊ cadit ſup negõnez: vt ſic ɔdictio ſit oppõ cuiꝰ p ſe nõ eſt mediũ: ex quo ſequit: q nullo mõ hz mediuz: ex quo carere medio p ſe ineſt ſibi: ſed p mõ put pſeitas negat: ⁊ ẽ negatio pſeitatis: ſic carere medio põt cõuenire ɔrijs imediatis: ⁊ ẽt puatiue oppoſitis: qtenꝰ carẽt medio ƒm formã: tñ h nõ obſtãte hñt mediũ p accidẽs. ſ. ƒm ſubiectuz: nã carere medio non ineſt eis per ſe: vt ly per ſe/ cadit ſuper ly non habere medium: ⁊ eſt perſeitas negatiõis: ⁊ ideo nõ repugnat eis habere medium; ſaltem per accidens modo preexpoſito.

Scõs artꝰ Ad qõnẽ ƒz mẽtẽ ppziaz.

Uide Sco. in pn. in plogo ſniaruz. q. de ꝑati.

T. cõ. 5. ⁊ 6.

Uide in poſtpñt. Et. 2. d. p. ptc 1a. q. 1. rñdendo ad pm argm in ſolone cuiuſdam replice. vide. 31. d. reportationum q. 1.

Ad primũ

Ad primũ in opp^m cũ dr: ꝙ eē ⁊ nõ eē sunt ꝯdictoria. Dõ ꝙ eē pōt ꝯ^r accipi. vno^o eē simplr. alio^o ẜm qd. ⁊ silr nõ esse pōt accipi ꝯ^r: vno^o simplr. alio^o ẜm qd: mõ iter eē simpliciter: ⁊ nõ eē simpliciter. bñ ē mediũ ẜm qd: vt gñatio: ⁊ dico eē simplr eē pfectũ: ⁊ eē ẜm qd eē in fieri: vel sic eē accipiṫ vno^o p eē gñalr: put icludit eē simplr: ⁊ ẜ3 qd: ⁊ nõ eē p nõ eē simplr: ⁊ p mõ nõ sũt ꝯdictoria: nec ē mediũ iter ipa. ꝯ^o ꝯo mõ nõ sũt ꝯdictoria: s3 bñt mediũ. s. ip3 fieri: vel eē iperfectũ: nã iter nõ ens simplr: ⁊ ens in actu ⁊ pfectũ eē est mediũ ens: siue eē iperfectũ: ⁊ h ꝯ^o mõ loquitur phs ꝯ^o metaph. vñ dicit sic. ꝙ sic semp ē mediũ iter eē ⁊ nõ eē. s. gñatio: ita existis ⁊ nõ existis. i. entis ⁊ nõ entis est mediũ qd fit: ⁊ p3 p exẽpla sua que ponit ibi. s. ꝙ ex addiscẽte fit sciẽs: ⁊ ex puero vir: isto g mõ ñ ꝯdicũt eē ⁊ nõ eē. ℂ S3 ꝯ. ois p se mutatio mediat inter p se terminos: s3 termini gñonis sũt ꝯdictoꝝ. s. eē ⁊ nõ eē. g inter eē ⁊ nõ eē q sunt ꝯdictoria vere est me^m. pbatio minoris: nã gñatio est a nõ subto in subm: ⁊ corruptio ecõ: vt dr 5^o phy. ibidē ēt dr: ꝙ gñatio ⁊ corruptio sunt ꝯdictoria. ℂ Cõfirmaṫ: qa hic in textu vt appuit parũ añ. phs pbãs ꝙ nõ sit medium iter ꝯdictoria. s. iter ens ⁊ nõ ens arguit sic. qa si sic. g est aliq mutatio media inter gnõnē ⁊ corruptionē: s3 illa pña nulla eēt: nisi termini gnõnis ꝯdicerēt. ℂ Rñdeo ꝙ termini gñonis non sũt ꝯdictoꝝ: s3 se bñt sic habit^o ⁊ pꝟatio: ⁊ isti sũt termini pmi nõ solũ in gnõne: s3 ēt in q̄cũq3 alia mutatione. ℂ Ad illd qd dr de 5^o phy. dõm ꝙ phs accipit p nõ subz pꝟatione forme: p subz habitũ vel formaz. ℂ Ad illd qd addiṫ: ꝙ gñatio ⁊ corruptio sũt ꝯdictoria: p ꝯdictoria itelligunṫ pꝟatiue opposita: nã pꝟatiue opp^ta sũt sicut ꝯdictoria circa subz aptũ natũ qd ē subz mutationis. ℂ Ad ꝯfirmationē de 4^o hui^o dõz: ꝙ arg^m est a minori. s. ꝙ si est mediũ iter ꝯdictoria: multo mag iter q̄cũq3 alia opposita: ⁊ ita iter pꝟationē ⁊ formã: ⁊ ideo ē mutatio aliq media iter illa q terminanṫ ad formaz q est gñatio: ⁊ illa q terminanṫ ad pꝟationez q est corruptio. ℂ S3 ꝯ istã rñsionē arguiṫ p: qa vi pcedere ppositũ: nã ẜm te pꝟatio ⁊ for^a sũt termini gñonis: s3 pꝟatio ⁊ for^a sũt ꝯdictoria circa susceptibile ēt p te. si g inter pꝟationē ⁊ formã sit mediũ: sequiṫ ꝙ iter ꝯdictoria sit mediũ. ℂ P. Cõtraria imediata sũt ꝯdictoria circa subz: pari rõne sic pꝟatiue opp^ta. g sic iter pꝟationez et formã est gñatio ⁊ corruptio ẜm te: ita posset eē iter ꝯria imediata. ℂ Rñdeo ad p^m ꝙ termini gnõnis pñt cõparari vel ad subz vel ad ipsaz gnõnē: si p mõ sic habēt rõnē ꝯdictiõis: nec bñt mediũ isto mõ: nã subz vel neciõ est sub for^e: vel sub pꝟatiõe: si ꝯ^o mõ sic nõ habēt rõnē ꝯdictiõis: ⁊ iõ bñt gñationē mediam: sic dcm̃ est. ℂ Ad ꝯ^m dõm: ꝙ de rõne ꝯdictiõis sũt duo. s. ꝙ alterũ neceẜ isit: ⁊ ꝙ alterũ nihil ponat: ꝯria aũt imediata circa subm aptũ natũ bñt vnã ꝯditionē. s. ꝙ alterũ neceẜ insit: s3 deficit ꝯ^a ꝯditio: qa vtrũq3 est aliqd positiuũ: ⁊ illa duo requirũṫ ad gnõnē ⁊ corruptionē: vtraq3 āt cõditio est in pꝟatiue oppositis: p3. qa nõ est silr de his: ⁊ ꝯrijs imediatis. ℂ Ad ꝯ^m pn^le dõm: ꝙ distãtia est ꝯ^x: qda est dimẽsiua: ⁊ illa est ppe distãtia: q est de gñe q̄titatis: ⁊ qdã est distãtia pfectiua seu perfectiõi: ⁊ illa est trãsumptiue dicta: ⁊ trãsferṫ ad alia: vt ad opp^ta: cuz g dr ꝙ q̄to magis distãt extrema: tãto sũt plura media: dõm ꝙ illa maior est vera de distãtia dimẽsiua: ⁊ tunc mior est falsa: qa ꝯdictoria non sic distãt: maior aũt est falsa de distãtia pfectiua ⁊ trãsũptiue dicta qd p3: qz ꝯria imediata maxie distãt isto mõ: ⁊ tñ nullũ bñt mediũ: ꝯdictoria g bñt distãtiã pꝟatiuã: p quãto vnũ ꝯdictorioꝝ est pꝟatio alteri^o: nõ aũt bñt distãtiã dimensiuã: de q pcedit rõ. ℂ Ad illd qd addiṫ in miori: ꝙ ꝯdictoria distēt in ifinitũ: dõm ꝙ ibi nõ requiṫ distãtia ifinita: qd pbaṫ: qa q̄tũcũq3 aliq parũ distãt pōt esse ꝯdictio iter ipsa: qa de q̄l3 est verũ alterũ ꝯdictorioꝝ: q̄ãtũcũq3 g distat modicũ aliqd ab vno ꝯdictorio: de eo pdicaṫ aliud ꝯdictoriũ: cũ g dr distãtia ꝯdictionis est ifinita: glosanda est ppõ ifinita. i. ideterminata: qa q̄cũq3 minima distãtia suffic: ⁊ maxia ēt in ifi^m pōt eē. Vñ ꝯdictio minimã distãtiã ponit: ⁊ pmittit maximã: pmaz dicit positiue: ſcdaz ꝯo pmissiue: vñ nõ sequiṫ: ꝙ ibi sit ifinita distãtia positiua: pōt tñ ibi eē gra mãe alicuius: puta si alterũ extremũ sit infinitũ positiue: vt de^s ⁊ non de^s: vñ sic dcm̃ est ꝯdictio minimaz distãtiam requit: ⁊ maximã pmittit: ita ꝙ idifferẽter q̄tũ est de se saluaṫ in q̄cũq3. ℂ Ad 3^m cũ dr: ꝙ iter oia relatiua est me^m relatio: dõm ꝙ verũ est de itẽtionib^o: sic eni est media relatio: ⁊ h mõ oia opp^ta sũt in gñe relõnis: q̄tenus oppositio: q est gen^o coꝝ: est in gñe relõnis: ⁊ sic ꝯdictoria h3 istã itẽtionē bñt vtiq3 mediũ relõnē ipsam: loquẽdo tñ de reb^o substractis itẽtioni nõ est verũ: ꝙ referanṫ: nec p pñs ꝙ hēant mediũ relõnē: nã bõ ⁊ nõ bõ non referunṫ adiuicẽ. ℂ Ad 4^m de illo scuto dr vno^o: ꝙ nõ est icõueniẽs illd scutũ eē albũ ⁊ nõ albũ: qa h nõ est ẜ3 idē: nã vnũ ꝯdictoriũ inest p vna pte: ⁊ alterũ p altera: ideo neutrũ inest simplr: s3 vtrũq3 ẜm qd. ℂ Cõtra. q tũc mediũ: ita est iter ꝯdictoria: sic est iter ꝯria imediata. ℂ Rñdeo: in ꝯrijs imediatis daṫ subtuz mediũ: cui neutrũ inest: neq3 simplr: neq3 ẜm qd: lapis eni neq3 est sanus: neq3 est eger: neq3 cec^o: neq3 vidẽs: s3 iter ꝯdictoria nõ pōt dari aliqd mediũ: vel subz cui neutrũ isit vl simplr: vel ẜm qd: qa de q̄cũq3 dr alterũ ꝯdictorioꝝ: vel simplr: vel ẜ3 qd: vt in pposito de scuto. In ꝯrijs āt imediatis: ⁊ ēt in pꝟatiuis est dare aliqd subtuz cui neutrũ inest nec simplr nec ẜm qd: vt p3 in exẽplo pdicto de lapide. ℂ Aliter rñdeṫ ꝙ cũ queriṫ vtrũ tale scutũ sit albũ vel nõ albũ: neutrũ est dãduz: qa nihil denoiaṫ ab accñte nisi simplr isit: vñ scutũ illd nõ est albũ simpliciter: neq3 est nigrũ simplr. ℂ Cõtra. si h scutũ non est simplr albũ: nec simplr nigrũ: ⁊ sic de alijs. g nõ est coloratũ. pñs est euidẽter falsũ. g ⁊ añs. pña pbaṫ: qa q̄cq̄d denoiaṫ a gñe denoiaṫ ab aliq ei^o spe ex ꝯ^o topic. ℂ Rñdeo: pña nõ valet. Ad pbõnē dõm: ꝙ ad destructionē cuiuslȝ iferioris nõ sequiṫ destructio supioris in pdicatiõe denoiatiua: nisi destruaṫ qdl3 iferius nõ solũ in se: sed ēt in cõiũctiõe cũ alio opposito: vt dõ sic. nõ est albũ neq3 nigrũ: neq3 albũ ⁊ nigrũ sil. ergo nec coloratũ: sic exponit illa ꝯsideratio: sed in pposito nõ ē sic. qa l3 qdl3 inferius destruaṫ in se: nõ tñ in ꝯiũctione ad aliud opp^m: tale eni scutũ est albũ ⁊ nigrũ sil: ⁊ neutrum seorsũ. Vel pōt exponi alr sic: denoiatũ a gñe op3 denoiari a spe aliq: verũ est aliq illarũ denoiationũ: de q bus est sermo ibi sic: ꝙ est albũ: vel h3 albedinem: vel huic inest albedo. primus modus nõ est verus in pposito: vt scutũ illd dicaṫ albũ vel nigrũ: s3 duo alij modi sunt veri in pposito: nã verũ est dicere: ꝙ illd scutuz h3 albedinē: ⁊ sibi inest albedo: silr est de nigredie. ℂ Alr dr: ꝙ hec est simplr vera: ꝙ illd scutũ nõ est coloratuz: qa nullo colore: nõ eni est albũ vel nigrũ: sicut duo bñtes vineã: neuter h3 vineã: sicut dr 6^o topicoꝝ. ℂ Ad vltimũ pn^le dr: ꝙ ꝯdictio nõ est in terminis icõplexis: ⁊ iõ neutrũ pdicaṫ de q̄l3 in talib^o. ℂ Cõtra. qa 5^o huius dr ꝙ alteruz ꝯdictorioꝝ dr de q̄l3: sed ppõ cõplexa de nullo pdicaṫ. ergo ꝯdictio h3 accipi ẜm termios icomplexos. ℂ P. Bõ ⁊ nõ bõ sunt opposita nõ ꝯrie: tũ qa alterũ nihil dicit positiue: tuz qa in suba nõ est pprie ꝯrietas: vt dr in pñtis: nec opposita pꝟatiue: qa non bõ

Vide. 1. q. p. ⁊ 1. q. q̄rti ad ppositum.

Cõtradictio minimã distãtiã põit ⁊ maximã pmitit.

Ad tertium.

Vide in post pñtis. q. 1.

Inter q relatiua ē mediũ.

Aũo. 1. elẽco.

L3 iter ꝯria daṫ subm mediũ: nõ aũt iter ꝯdictoria.

Cap^lo. 10.

In denoiatiua pdicatiõe: q mõ sequiṫ destructio superioris ad destructionez iferioris.

Vtruz possit dici coloratũ i plali: dicas ꝙ nõ solũ denotaret plurificatio forme: s3 ēt subti: qd falsum est: qa vnũ subz tm̃. Cap. 21.

Ad quartum. Tex. cõ. 15. Vide in isto 4. ⁊ in. 10. expressius.

Cap. de suba

dr̄ de eo qđ nō eſt natū eſſe hō: puta de lapide: priuatio aūt nō ſic: nec oppoſita relatiue pȝ. ergo relinquit̄ ꝙ ꝯdictorie opponant̄. ℭ Aliter ergo dōm: ꝙ ꝯdictorioꝝ ſemꝑ alterū dr̄ de vnoquoqȝ in icōplexis: dūmō terminus de quo dr̄ nō accipiat̄ diſtributiue. Rō huius eſt: qa vni ſuppoſito pōt ineſſe vnū: ⁊ alteri alterū: vn̄ neutra iſtaruȝ eſt vera. oīs hō eſt albus. oīs hō eſt nō albꝰ. ℭ Sciēdū ēt ꝙ ꝯdictoria nō eſt neceſſe p̄dicari de q̊libet cū reduplicatiōe: vn̄ vtraqȝ iſtarū eſt falſa. hō inquātū hō eſt albus. hō inquantū hō eſt non albus: quia tūc de neceſſitate vel omnis hō eſſet albus: vel nullus homo eſſet albus. ℭ Et hec de quarto metaphyſice.

Et eſt ꝓpria.

Cōtradictio nō p̄dicat̄ de quolibet cum reduplicatio/ne. vid. 1. poſteriorum.

Quia ab inꝯtū ad vl'e.

## ℭ Accidit autez multotiēs dictis cauſis: ⁊ multas eiuſdem eē cauſas: nō ſm̄ accn̄s: vt ſtatue ⁊c̄. Textu cōmēti ſcdi. Qō. I.

Circa quintum librū metaphyſice. Querit̄ p̊. Utrum eiuſdē effectus ſint plures per ſe cauſe. Videt̄ ꝙ nō: qa ſi vna ſufficit: alia ſupfluit: ſed quelibet per ſe cauſa videt̄ ſufficere in ſuo genere ſine alia. ergo ⁊c̄.

Tex. cō. 2.

ℭ Cōtra. Phs hic in litera.

**Reſpōdeo.** Jn iſta qōne p̊ p̄mittā aliqs diſtinctiones. 2° oſtēdā aliqs ꝯcluſiones.

Vide Scotū 2. d. p̊. q. 1. et 3. d. q. 7. a quibus locis iſte doctor accipit hāc qōnē. Jſta diſtō p̊ſupponit tertiā: rectiꝰ ḡ tertia ōberet poni prima.

**Quantū** ad p̊m ſit iſta p̊a diſtō: ꝙ cāruȝ q̄dā ſunt eiuſdē ordinis: q̄dā ſunt alteriꝰ. Jlle dn̄r eē eiuſdē ordīs q̄ ſunt in eodē gn̄e eque p̊: ⁊ eiuſdē ſpēi. Sȝ dn̄r alteriꝰ ordis q̄ in eodē gn̄e ſūt eēntial'r ordiate ſm̄ p̊us ⁊ poſteriꝰ: ⁊ ſūt alteriꝰ ſpēi. Exm p̄mi: duo hoīes eque p̊ trahētes nauiȝ. Exm ſcdi. hō ⁊ ſol in gnōne hoīs. ℭ 2a diſtō ſit iſta: ꝙ cārū eiuſdē ordis: q̄dā ſūt totales: q̄dā ꝑtiales. Dr̄ aūt cā totalis: q̄ i illo gn̄e cāe nō idiget ad ſuā cālitatē aliq̄ cā eiuſdē ordis ſecū ꝯcauſante: ſȝ ſola ꝑ ſe ſufficit. Sȝ dr̄ cā ꝑtialis: q̄ in illo gn̄e cāe nō ſufficit ad cauſandū effectū: ſȝ idiget alia cā eiuſdem ordis ſecū ꝯcauſante. Exm primi. ignis generās ignē. Exm ſecūdi. duo hoīes trahētes nauē: quoꝝ alter de ſe nō ſufficeret ad tractionez. ℭ 3a diſtinctio ſit iſta: ꝙ cāruȝ: q̄dā ſūt eiuſdē generis: ⁊ quedā alterius gn̄is. Exm p̄mi. oēs cauſe efficiētes ⁊ formales ⁊ hꝫ. Exm ſecūdi. ſi accipiātur cauſe diuerſe: vna materialis: altera efficiens ⁊c̄.

Cāe in multiplici dr̄ia.

Quid cā totalis ⁊ partialis.

**Quantū** ad 2m ſit iſta p̊a ꝯ: ꝙ eiuſdē effectus pn̄t eē plures cauſe alteriꝰ: ⁊ alterius gn̄is et totales. Hec pȝ ꝑ Phm in lr̄a: qa es: ⁊ forma ſtatue: et factio ipſiꝰ ſūt cāe ſtatue: q̄rū q̄libet in ſuo ordīe eſt cā totalis huiꝰ ſtatue: h̄ ēt exp̄ſſe hr̄ 3° huiꝰ: 2a qōne: vbi dicit Phs: ꝙ ꝯtigit eidē ineē oēs modos cāruȝ vt domꝰ: vn̄ qdē motus. i. cā efficiēs: eſt ars ⁊ edificator: cuiꝰ ꝯo cā. i. cā finalis eſt opatio. i. vſus: puta habitatio ⁊ mā. i. cā mālis: ſunt terra: lapis: ⁊ ligna: ſpēs. i. forma: eſt rō. i. ꝓportio ſiue cōpoſitio domus. ℭ 2a ꝯ ſit iſta: ꝙ eiuſdē effectꝰ pn̄t eē pl'es cāe eiuſdē gn̄is: ⁊ totales ſi ſint alterius ordis: h̄ pȝ ꝑ exēplū: qa deꝰ ſol ⁊ hō ꝓducūt hoīez: quoꝝ qōlȝ eſt cā totalis ⁊ ſufficiēs in ſuo ordine: ⁊ qōlȝ eſt de gn̄e cāe efficiētis. ℭ 3a ꝯ ſit h̄: ꝙ eiuſdez effectus pn̄t eſſe pl'es cāe eiuſdē gn̄is ⁊ eiuſdē ordīs: ſi ſint cauſe ꝑtiales. Hoc pȝ ꝑ exēplū: ſic eni pl'es trahētes nauez ſūt cā tractꝰ nauis. Jtē pr̄ ⁊ mr̄ ſunt iſto mō cāe prolis. ℭ 4a ꝯ ſit iſta: ipol'e eſt pl'es cās eiuſdē gn̄is ⁊ eiuſdez ordīs: ⁊ totalis eē eiuſdē effectꝰ. Hāc ꝓbo ſic. qa ſi ſic. ḡ effectus nō depēdet eēntial'r ab aliq̄ harū cārū. ꝯn̄s eſt falſuȝ. ḡ ⁊ an̄s. ꝓbatio ꝯn̄e. Sint. a. ⁊. b. totales cāe ipſiꝰ c. pȝ ꝙ. c. nō depēdet ab. a. qa pōt eē ſine. a. nā ſufficienter hȝ eē ꝑ. b. qđ ponit̄ totalis cā eius: ⁊ ꝑ idē pōt hr̄i ꝙ nō depēdet eſſential'r ab ipſo. b. qa hȝ eē ſufficiēter per

Ad qōnez ſȝ mēte ꝓpriaȝ.

Pria ꝯcl'o.

A. l. factor.

Tex. cō. 3. ⁊ c̄ qō icidētalis.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

A. l. ꝓbari.



ip̄m. a. qđ ponit̄ totalis cā eius. ḡ ipȝ. c. nō depēdet nec ab. a. nec ab. b. eſſential'r. Sed hec rō nihil valet ꝯ 2am ꝯnem: qa cauſe alterius ordinis: ⁊ totales nō ſupfluūt: quatenus rōne ordinis eſſentialis oēs ſimul requiruntur: ⁊ ſunt alterius rōnis: qđ nō eſt in propoſito.

Tollit inſtantiam.

**Ad argumentū** in oppoſitū pȝ: ꝙ ſeip̄ȝ ſoluit: arguit enim de cauſis totalibus eiuſdem generis ⁊ ordinis: aliter non concludit. ℭ Ad illud in oppoſitum: patet ex dictis.

Ad argumentum.

## ℭ Quapꝑ ⁊ nā p̄icipiū: ⁊ elntū: ⁊ mēs: ⁊ volūtas: ⁊ ſubā: ⁊ qđ cuiꝰ cā: multoꝝ eni ⁊ cognitionis ⁊ motus principiū eſt bonū ⁊ malum. Textu cōmenti primi. Qō. II.

**Queritur** Utruȝ finis ſit principium. Arguit̄ ꝙ nō: qa de ratione principij eſt eē p̊m: vt pȝ in. c. p̄cedēti: ſȝ de ratione finis eſt eē vltimū: vt hr̄ in cap. de ꝑfecto. ḡ finis nō eſt p̊nm: qa primū ⁊ vltimū opponunt̄.

Arguit̄ p̊mo.

Tex. cō. 1.

T. c. 21.

**Cōtra.** Phs hic in lr̄a i fine capl'i p̄cedēt. ℭ Juxt̄ h̄ q̄ro 2°: vtrū finis ſit cā. Et vr̄ ꝙ nō: qa vl' eēt cā ſm̄ ꝙ ens: aut ſm̄ ꝙ nō ens. nō 2° mō: quia non ens nulliꝰ eſt cā: finis aūt ponit̄ cā enti: nec p̊ mō: qa finis nō eſt cā: niſi ſm̄ ꝙ mouet efficiētē ad agendū: ſed qn̄ finis eſt nō mouet̄ efficiēs: ſȝ ceſſat ab actiōe: qa habitibꝰ pn̄tibꝰ ceſſat motꝰ p̊ de gnōne. ℭ Cōtra. Phs h̄ in lr̄a. ℭ Juxta h̄ q̄rit̄ 3° vtrū finis ſit cā efficiētis. Vr̄ ꝙ nō: qa ſi ſic ſeq̄rent̄ tria icōuenientia. ℭ Primū: ꝙ idē reū eiuſdē erit cā ⁊ cātuȝ: ⁊ ꝑ ꝯn̄s prius ⁊ poſterius nāl'r: ꝙ pȝ ex h̄ qa ēt ip̄m efficiēs eſt cā finis: ſic̄ econuerſo: vt dr̄ hic in textu. ℭ Scdm icōueniēs eſt: ꝙ idē eēt cā ſui ⁊ p̊us ſeip̄o: qđ pȝ ſic: qa qcqd eſt cā cāe, eſt cā cauſati: ⁊ qcqd eſt p̊us p̊ori, eſt p̊us poſteriori. ſi ḡ finis eſt cā efficiētis: ⁊ efficiēs ē cā finis: ſeq̄t̄ ꝙ finis eſt cā finis: ſil'r pōt argui de p̊ore: ſic̄ pȝ. ℭ Tertiū icōueniens eſt: ꝙ in demōſtratiōe eēt circulus: qđ pȝ ſic. nā dmonſtratio ꝑꝑ qd eſt ꝑꝑ cām. ḡ cū efficiēs ſit cā finis: poterit demr̄are finē. ḡ ēt ſi finis ſit cā efficiētis. ḡ ꝑ finē poterit demr̄ari efficiēs: ⁊ ſic erit circulus. ℭ Cōtra. Phs hic in lr̄a. ℭ Juxta h̄ q̄rit̄ 4°: vtruȝ finis ſit maxie cā. Et vr̄ ꝙ nō: nā finis eſt cā extrīſeca. ḡ nō eſt maxie cā. ꝯn̄a pȝ: qa mā ⁊ fora ſūt cāe itrīſece: itrīſecū aūt vr̄ magꝭ ꝯferre ad eē rei q̄ȝ extrīſecū. ḡ mā ⁊ fora erūt magꝭ cāe q̄ȝ finis. ℭ P̄. Si finis eēt maxe cā: tūc nobiliſſima cauſata hr̄ent illā cām. ꝯn̄s eſt falſuȝ: qa imobilia ſūt nobiliſſima cāta: ⁊ tn̄ nō hn̄t cām finalē: vt dic̄ Phs 3° huiꝰ: vbi aſſignat cām ex h̄: ꝙ finis eſt alicuiꝰ actionis: actio aūt eſt in motu ſȝ imobilia non hn̄t motū. ℭ P̄. Si finis eēt maxie cā: tūc maxie certa cognitio eēt ꝑ finem. ꝯn̄s eſt falſuȝ: nā maxie cog̃ſcimus qd ip̄m q eſt ꝑ formā: nā Phs vbiqȝ circūloqtur qd ꝑ formā. ℭ Cōtra. Cōmētator capl'o de principio ⁊ fine: dicit exp̄ſſe h̄.

In oppoſitum.

Tex. cō. 1.

Scda qō.

Tex. cō. 55.

Tex. cō. 2.

Tertia qō.

Tex. cō. 2.

Vide Scotū in theorematibus vbi habeas declarationē iſtiꝰ regule.

Tex. cō. 21.

Quarta qō.

Tex. cō. 3.

Cōmē. 1. ad finem.

**Rn̄deo.** Circa iſtas qōnes ſic ꝓcedaȝ. p̊ diſtōnes aliq̄ p̄mittentur. 2° ad qōnes dicetur.

**Quantū** ad p̊mū ſit iſta p̊a diſtō: ꝙ finis eſt 2x: vt hr̄ 2° de aīa. ſ. finis gr̄a cuiꝰ: ⁊ finis quo: dr̄ aūt finis gr̄a cuiꝰ ip̄m obm: qđ ꝑ opationez attingit̄: vt deꝰ qui attigit̄ a beatis ꝑ actuȝ itell'ſ ⁊ volūtatis: ſed finis quo dr̄ ipſa opatio q̄ obȝ attigit̄: puta ipſa volitio ſeu itellectio. ℭ 2a diſtō ſit iſta: ꝙ finis gr̄a cuius aliqn̄ ꝑ opationē ineē ꝓducit̄ aliqn̄ nō: ſȝ preſupponit̄. Exm p̄mi. de fora nāli: q̄ ꝑ motū vel gnōnē ꝓducit̄: vn̄ 5° huiꝰ cap. de nā: dr̄ ꝙ finis gnōnis eſt fora: ⁊ ille finis eſt obȝ: qđ attigit̄ actiōe ſiue opōne trāſeunte: ꝑ quā ꝓducit̄ in eē. Exm ſcdi. deus ⁊ iſte finis eſt obm qđ attigit̄ opōne: ſeu actiōe imanēte: puta ꝑ actū itell'ſ ⁊ voluntatis: h̄ ēt

Vide in theorematibꝰ plura ad hec.

Tex. cō. 37.

Tex. cō. 35.

Finis duplex.

Vide p̊a. q. p̊logi. ⁊. 1. q. 1. d. p̄mi. ⁊. 49 di. quarti.

Tex. cō. 5.

Finis gratia cuius.

ſcdo mō ſe hʒ obm ſenſus ad ſenſuʒ.¶ 3ª diſtinctio ſit iſta:q̄ ponit ab Aui.5° meta.cap.5°.ꝙ res dr̄ eē cāta 2r: nā res dr̄ aliqñ cauſata in ſua cauſalitate:aliqñ i ſuo eē. pmo mō cā finalis p̄cedit oēs alias in cauſalitate: quia mouet agētem:ꝛ agēs ex appetitu finis mouet̄ ad agē-dū:vt attingat finem:efficiens autem hʒ rōnem cauſati reſpectu finis:non quantuʒ ad ſuū eſſe patet:ſed q̄ʒtum ad cauſalitatē. 2° aūt mō ipſe finis eſt cātus:ſicut forª cauſari dicitur quantum ad ſuum eſſe:patet.

**Quātuʒ** ad 2m dico ad oēs q̄tuoꝛ qōnes:ꝛ teneo partē affirmatiuā:que pbat̄:p auctorita tibus:nā Auicē.vbi.s.cap.eodē circa finē dicit:ꝙ ſi de vnaquaqʒ cāruū eēt ſcia:de cā finali eſſet nobilioꝛ:ꝛ ipſa eēt ſapiētia ꝛ nobilioꝛ alijs ptibꝰ illiꝰſcie:vñ ſm eū cā finalis eēt cā cārū.Itē Cōmētatoꝛ in fine capl'i de p̄nº dic̄:ꝙ illō p̄nm.ſ.finale itēdit̄ ad ſciēdū in hac ſcia:ꝛ illō eſt cā finalis:oēs aūt cauſe nō ſūt p̄nª niſi pp illō. Item Ariſt.2° phy.dic̄.ꝙ ſic̄ eſt p̄nm in ſpeculatiōibꝰ:ſic finis in agibilibꝰ:vñ oēs cālitates reducunt̄ ad cālitatem finis:vt ad primum:nam extrinſeca prius cauſant: quia enim extrinſeca cauſant:ideo ꝛ intrinſeca cauſant: ꝛ nō eʒ.extrinſecoꝛum autēʒ p̄us cauſat finis:qa eni ille mouet efficiētē rōne amati:iō agēs agit:ꝛ nō eʒ.¶ Si v̄o q̄ras q̄ cālitas iſtarū.ſ.māe ꝛ forc ſit p̄oꝛ dōʒ:ꝙ cālitas formē:qō eni ppingus eſt p̄ ē p̄us:ſʒ cālitas forc eſt hꝰ: q̄tenꝰ eſt ppingoꝛ efficiēti ꝛ fini:eſt ḡ iſte oꝛdo ꝙ pª cālitas ex nā rei eſt finis. 2ª eſt efficiētis. 3ª eſt forc. 4ª māe.¶ Arguit̄ ēt rōne ad ppom ſic.oē p ſe agens agit pp finē:ḡ finis hʒ rōnez p̄ncipij:ſic itelligēdo ꝙ finis ē cā cārū:vt p̄dictū eſt:nā p̄ venit in mētē agētis ſub rōne boni appetibilis:nā eſt bonū ꝛ optimū alioꝝ: vt dr̄ in lr̄a:agēs āt motū a fine pducit formā:q̄ pducta cōicat̄ māe:ꝛ vltro ſeq̄t̄:ꝙ mā ſuſtētet formā ex qbꝰ pʒ ꝙ in toto iſto pceſſu finis hʒ rōnē p̄ncipij.añs rōnis pbatur ſic:qa oē agēs in cuiꝰ actōe pōt accidere erroꝛ agit pp finē:ſʒ oē agēs p ſe eſt hꝰ.ḡ oē agens p ſe agit pp finē:ꝛ dico agēs p ſe ad remouēdū caſuʒ ꝛ fortunā:cum oē agens per ſe:ſiue agat nāl'r:ſiue a pposito agit pp finem:vt pbat̄ 2° phy.pbatio maioꝛis:nā 2° phyſi.dr̄ illa actio fruſtra eē que nō ꝯſequit̄ finē itētū.ſi ḡ nullus finis ſit itētus nullū agens ageret fruſtra:nec erraret.ḡ oē agēs qō pōt errare agit pp finē:tale aūt eſt agēs nāle qō pōt errare:ꝛ h̄ ēt eſt verū de agente p intellectū.

**Sed eſt** dubiū cū finis pduciꝰ ab efficiēte hēat nobiliꝰ eē exñs ex̄ in re q̄ʒ exñs ex̄ in intell'u tm̄:nā p̄m eſt eē reale.2m itētiōale vr̄ ꝙ magis ſit cā p̄ mō q̄ʒ 2° mō:nā nobiliꝰ eſt eē cāe inq̄ʒtū cā:q̄ʒ cāe inq̄ʒtū cātū.¶ Dōm:ꝙ eē nobiliꝰ pōt intelligi.ſ.vel ſimpl'r vel ſʒ qd:p̄ mō eē rei factibilis nobiliꝰ eſt in mēte artificis q̄ʒ in ſe:ſicut lapis nobiliꝰ hʒ eē in mēte dei ſimpl'r q̄ʒ in ppa nā:ſil'r archa in mēte artificis:nā p̄m eē ē imāle ꝛ incoꝛpale rōne eiꝰ in q̄ eſt:ſʒ 2m eſt māle ꝛ coꝛpale: ſicut pʒ.Si v̄o loq̄mur de eē ſʒ qd:ſic lapis vel archa hʒ nobiliꝰ eē in ſe ꝛ in ſua nā:q̄ʒ in mēte cuiuſcūqʒ artificis:vt in ſe hʒ realiꝰ ꝛ veriꝰ eē lapidis vel arche q̄ʒ in mēte dei vel artificis.Ad ppoſitū finis vt hʒ eē in itellectu ꝛ i mēte agētis hʒ nobiliꝰ eē ſimpl'r q̄ʒ i re ex̄:ꝛ vt i ſenſō tm̄ eē ſʒ qd vt arguit rō.ſʒ ḡ p̄m eē hʒ rōnē cāe:ꝛ ſic nobiliꝰ eē ſimpr rñdet fini:vt ē cā q̄ʒ fini vt eſt cātuʒ ꝛ pductū.¶ Ex p̄dictis colligit̄ ps affirua cuiuſlʒ illaruʒ qōnū:lʒ mixtim ſit poſita quodāmō veritas illaruʒ.

**Ad argumēta.** Ad p̄m pʒ ex p̄dictis: nā finis eſt p̄m ſʒ ꝙ eſt in mēte artificis:ꝛ vltimū ſʒ ꝙ ē in re ex̄.p̄ mō eſt p̄m p̄nm.2° mō nō: ſʒ mag eſt p̄ncipiatū.¶ Ad 2m p 2ª qōne dico ꝙ finis eſt cā ſʒ ꝙ eſt ens p̄ñtatū in mēte ſiue itētiōe agētis:ſic eni mouet agēs ſub rōne diligibilis.¶ Ad illō p̄mi ꝯ gnōne dico ꝙ Phs loq̄t̄ de termio motus qñ eſt real'r p̄ñs:ꝛ pductꝰ iā p motū:tūc eni ceſſat motꝰ:nō tm̄ vt eſt p̄ñs in intētiōe:finis aūt vt eſt cā hʒ eē in mēte:ꝛ nō in re ex̄.¶ Ad 3m p 3ª qōne nego ꝯñtiā ad qōlʒ illoꝛum triū icōueniētiū que iferunt̄:cū eni ifert̄ p̄:ꝙ idē reſpectu eiuſdē eēt cā ꝛ cātū p̄us ꝛ poſterius:dōm ꝙ ille q̄tuoꝛ cāe ſūt eque p̄ in ſuo gñe:ꝛ tm̄ vna pōt eē p̄oꝛ alia: ſic̄ in alijs:oīa gñaliſſima ſūt pª gña ſimpl'r:ꝛ tm̄ vnum p̄ñtum eſt p̄us alio:vñ p̄oꝛitas in cauſis eſt equoca:ſic̄ cālitas:tūc ad formā dico ꝙ nō eſt icōueniēs idē eſſe p̄us ꝛ poſteriꝰ cā ꝛ cātū:p̄oꝛitate ꝛ poſterioꝛitate:ꝛ cālitate diuerſimode dcā.In eodē tm̄ gñe cālitatis ꝛ p̄oꝛitatis eſt ipol'e:vñ efficiēs eſt cā finis:ꝛ p ꝯñs p̄m in rōne cāe efficiētis:finis āt eſt cā efficiētis:ꝛ p ꝯñs p̄oꝛ in rōne finis ꝛ ꝯſiderabil'.¶ Cū v̄o ifert̄ 2°:ꝙ idē eēt cā ſuiipſiꝰ: dōm ꝙ cuʒ dr̄ ꝙ q̄cqd eſt cā cāe ꝛc̄.in illa ppōne accipiunt̄ tres cāe:ſʒ tm̄ variat̄ cā pª reu medie:ꝛ meª reſpectu vltime:q̄re cōmittit̄ fallacia accñtis.pª eni cā accipit̄ in gñe cāe efficiētis cū dr̄:ꝙ q̄cqd eſt cā cāe:ſʒ 2ª ſumit̄ in gñe cāe finalis:quū addit̄ eſt cā cāti:vñ in talibus ſic variatis non eſt ppō vera.Si v̄o vna cā ſit pª reu 2c in gñe cāe efficiētis:ꝛ illa 2ª reu 3c in eodē gñe cauſe:tūc eſt ppō vera.¶ Ad illō de p̄oꝛitate dōm p idēʒ: cū eni dr̄ ꝙ idē eēt p̄us ſeipſo nō valet:qa mutat̄ p̄oꝛitas:ſic̄ p̄us cuʒ ifert̄ 3°.ꝙ eēt circulus in demrōne.nego ꝯñaʒ.Ad pbōnē dōʒ:ꝙ nō eſt circulus in dmrōne:niſi qñ eſt vtrobiqʒ idē genꝰ demrōnis:qō nō eſt in ppoſito:nā ſic̄ cā eſt equoca:ſic ꝛ demrōnes:opʒ ḡ ad circulū demrōnis:ꝙ idē genꝰ pp qd ſit in vtraqʒ demrōne:naʒ aliter nō erit circulus.¶ Al'r pōt dici ad argm:ꝙ finis nō eſt cā finalis efficientis:ſʒ effectꝰ:vñ cū dr̄ ꝙ agens agit pp finē:nō eſt itelligēdū pp finē ſuū:ſʒ pp finēʒ ſui effectꝰ:ꝛ tūc pʒ:ꝙ tūc nihil mali ſeq̄t̄ ex p̄dictis.¶ Sʒ 5.Phs hic in lr̄a dic̄:ꝙ efficiēs ꝛ finis ſūt ſibiīnuicem cāe.¶ Rñdeo:verū eſt in cāndo:vel ſm cālitatē: non ſm id qō ſunt:qa eni efficiens amat finē:iō efficit effectuʒ:illud tm̄ qō eſt finis nō eſt cā eiꝰ:qō eſt efficiēs:nec etiā efficiēs eſt ſemp cā ipſiꝰ finis:ſaltē reu finis gr̄a cuius:qa ille p̄ſupponit̄ nec producit̄ ab efficiēte.¶ Ad p̄m 4c qōnis cū dr̄:ꝙ cāe intriſece ſūt magis cāe: dōm ꝙ falſuʒ eſt:qa illa que eſt pª cālitas oiuʒ eſt verioꝛ:talis eſt cālitas finis:nā oēs alie cālitates depēdēt a fine: vt p̄oſtēſuʒ eſt:vñ verū eſt ꝙ effectꝰ eſt a cauſis itriſecis imediatiꝰ ꝛ pximis:tm̄ nō magis ſimpl'r.¶ Ad 2m ꝯcedo:ꝙ nobiliſſima cāta hñt finalē cām:cū aūt adducit̄ Phs 3° huiꝰ: dōm ꝙ illa auctoritas nō multū cogit: qa ibi in 3° pcedit mō diſputatiuo:vt ibi decl'atuʒ fuit in ſcripto:ꝛ ꝯtermiatū qual'r in mobilibꝰ iueniat̄ rō finis ꝛ efficiētis:ꝛ cuʒ pbat̄ ꝙ oīs finis eſt finis alicuius actiōis:dōm ꝙ 2r eſt actio.ſ.imanēs ꝛ tranſiēs:lʒ ḡ negēt ab imobilibꝰ rō finis q attigit̄ actiōe trāſeūte q pprie hʒ rōnē motꝰ:ſicut loq̄t̄ Phs:nō tm̄ negat̄ finis q attigit̄ actiōe imanēte.¶ Ad 3m cū ifert̄:ꝙ maxie certa cognitio eēt p finē:dr̄ vno mō ꝙ verū eſt:vñ omnes cāe p̄ñt p finē demrari:iō potiſſima demratio ꝛ certiſſima eſt p finē:qa ſic̄ p̄nm in ſpeculabilibꝰ:ita finis in agibilibꝰ.ḡ ſic̄ pª p̄nª ſunt certiſſima:ſic ꝛ finis:cuʒ ḡ dr̄ ꝙ maxie cog̃ſcimus p formā ip̄m qōqdeſt:dico ꝙ falſuʒ eſt:nā qōquideſt rei:ꝛ diffō pōt accipi ab oī cā.¶ Al'r dr̄ ꝙ cognitio rei pōt accipi 2r.ſ.ſimpl'r ꝛ ſm pportionē vt dcm̄ fuit in 2° ꝛ in p̄.dico ḡ ꝙ aliq̄ certiꝰ cog̃ſcūt̄ ſm pportionē cog̃ſcētis:ꝛ tm̄ nō ſūt notioꝛa ſimpl'r:ſicut mālia ſūt notioꝛa nobis ſʒ pportionē q̄ʒ imālia:ꝛ tm̄ imālia ſūt notioꝛa ſimpr.¶ Sil'r i ppto:cognitio p finē eſt ſimpl'r notioꝛ:tm̄ cognitio de illa re ſm pportionēʒ

Pñs dupl'r.

Ad tertium.

Prioꝛitas duplex.

A.I.prius.

Quicqd ē cā cauſe ꝛ explanatur hic.

Hāc expōnē nō hʒ Scotꝰ in metaphy. ſuavſqʒ ibi totidē i talibꝰ.

Vide.1.d.p. ꝛ alibi.

Quō efficiēs ꝛ finis ſunt ſibinuicē cāe.

Ad primum quarte.q.

Ad ſecūduʒ.

Actio dupl'r

Ad tertium.

Potiſſima demratio per finem.

Vide.2.phy. ꝛ.7.ethi.q.2. ꝛ.q.10.

Vide Sco. i p°diſt.3.q.2. idē.ꝛ.ȷ.in ſi. lib.7.q.4. ꝛ.c.30.ꝛ.42.

ſuā eſt notior per formā: qa forma eſt ꝓximior cauſa q̄ finis: vñ ꝑ poſterio. dī: ꝙ cognitio ꝑ cām ꝓpinquā eſt ꝓpter quid: ſed per remotā qa. ℂ Ex oībus ꝑdictis pꝫ vnū correlariū. ſ. ꝙ finis eſt cā cārū quātū ad cāre: ꝛ vt hꝫ eē in mēte: ſed efficiēs quātū ad eſſe reale extra.

Diuerſimode finis ꝛ efficiēs cāe ſunt cāruni.

ℂ Differunt autem intātū ꝙ agentia quidē ꝛ ſingularia ſimul ſunt ꝛ non ſunt ꝛ ipſa ꝛ quorum cauſe ꝛc̄.

## Queſtio. III.

Querit. Utruꝫ cā ꝑticularis ꝛ in actu ſil' ſit ꝛ nō ſit cū effectu ꝑticulari in actu. ℂ Et vī ꝙ non: qa ſi ſic. g̊ in ꝑn° mot⁹ ceſſat mot⁹. ꝯñs eſt euidēter falſum. g̊ ꝛ añs. ꝓbatio ꝯñtie. habitib⁹ ꝑñtib⁹ ceſſat mot⁹: ꝑ de gnōne. accipiat̄ g̊ aliqđ efficiēs ꝑ motū: certū eſt ꝙ in ꝑn° mot⁹ eſt efficiēs in actu. g̊ ꝛ effect⁹ erit in actu: ſꝫ exñte effectu in actu ceſſat mot⁹. g̊ ceſſat in ꝑn°.

Argr̄ ꝑmo. Tex. cō. 55.

ℂ ꝑ. Mouēs nālr̄ ꝑus eſt moto ꝛ ſi adinicē referāt̄: nihil min⁹: vt dī 4° hui⁹. g̊ mouens pōt eſſe ſine moto: ſic̄ ꝑus ſine poſteriori. g̊ cā i actu erit ſine effectu i actu.

Secundo. Tex. cō. 25.

ℂ ꝑ. Scitū in actu eſt cā ſcie in actu: ſꝫ ſcitū in actu ꝑt eē ſine ſcia. g̊ cā in actu ſine effectu in actu. ꝓbatio minoris: qa referunt̄ 3° mō relatiuoꝝ: vbi nō eſt eēntialis ordo: nec mutua depēdētia: qa ſcia dependet a ſcito vel ſcibili: ꝛ nō eꝯ.

Tertio.

ℂ ꝑ. De⁹ eſt ſemꝑ cā in actu. ſi g̊ cā in actu ꝛ effect⁹ in actu ſil' ſunt: ſeqt̄ ꝙ effect⁹ dei ſemꝑ fuiſſet in actu: ꝛ ſic mūdus ab eterno eſt qđ eſt hereticuꝫ: ꝙ aūt de⁹ ſit ſemꝑ cā in actu: pꝫ. qa ſi prius fuiſſet cā in po^a: ꝛ poſtea in actu: per ꝯñs mutaret̄. Cōtra ꝑħs hic: ꝛ 2° phyſicoꝝ.

Quarto.

ℂ Juxta h̄ q̄rit̄ 2°: vtrū cā in po^a ſit ſil' ꝛ nō ſit cū effectu in po^a: vī ꝙ ſic: nā relatiua ſil' ſunt: ꝛ nō ſunt: ſꝫ cā in po^a ꝛ effectus in po^a referunt̄ 2° mō relatiuoꝝ: vt calefactū ꝛ calefactibile: in quo mō eſt mutua depēdētia eſſentialis ſic̄ in ꝑ: ꝛ per h̄ diſtinguunt̄ a 3° mō. g̊ cā in po^a ꝛ effect⁹ in po^a ſil' ſunt: ꝛ nō ſunt.

Tex. cō. 3. Tex. cō. 37. Queſtio. 4. lateralis.

ℂ Contra. Philoſophus hic in litera.

Rñdeo. Circa iſtas duas qōnes ꝑ quādā opionē ꝑtractabo. 2° aliter reſpondebo.

Quantū ad ꝑ^m eſt vna opio q̄ vī Egidij ſuper 2° phy. ꝙ cā efficiēs ꝑ motū hꝫ duplicē effectū: vnū imediatū. ſ. ipꝫ fieri: aliū mediatū. ſ. factū eē.

Ad qōnē ꝓ mēte Egidij efficiēs ꝑ motum duplicem effectū hꝫ.

